
ZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
13 — I
26
RO A

# TRACTATVS DOMINI GVILLIELMI DVRANDI SPECVLA TORIS.

## AVREVS

TRACTATVS CVIVS INSCRIPTIO est, De modo generalis Concilij celebrandi in treis parteis decentissime distinctus, ac uigilanter emendatus, quē percq̃ reuerendus uir Dominus Guillielmus Durandus uulgatiori nomine Speculator dictus, Episcopus Mimatensis lõge dignissimus, Iuris tam Cęsarei quã Pontificij, necnon sacrarum literarum peritissimus iussu Clementis quinti Pōti. Maxi. studiosissime condidit.

Indicem præcipuarum Rubricarum proxime sequens pagina continet, cui subiecta est authoris uita.

1534

# ¶ Perbreue Regestum aliquot Rubricarum huiusce Tractatus.



¶ Rubrice tertie partis.



¶ Finis.

Ioannes Crespinus Calcotypus candido Lectori, S.

EVulgauimus cãdidissime Lector prȩclarũ hoc opus Guillielmi durãdi speculatoris in omnium studioso-rum cõmoditatem, quod antehac nunquã imprimẽdum prolatũ fuerat: cuius quãta sit utilitas, facile perspicient legalis disciplinę non oĩno rudes, Christianæq; theologiæ candidati, modo ipsum non oscitanter euoluant. Doluimus sane tanti authoris uicẽ in iure & diuino & humano prȩstãtis, cuius hæ tam operosæ & frugiferæ lucubrationes tandiu latuerunt, latuissentque diutius, nisi forte fortuna in quandã incidissemus bibliothecam uetustorum codicum refertam, ubi ipsas diutino situ squallentes & in tinearum & blattarũ prædã abiectas reperimus: sed profecto codex ipse adeo corrupt⁹ atq; mẽdosus erat, ut sibyllæ opera indigere uideretur: quasquidem mendas quum expurgare contenderemus, multas perlustrauimus bibliothecas non uulgares, rati nos forte (ut quãdoq; fit) reperturos emaculatiorẽ codicẽ qui nostro conatui suffragaretur: quæ res nos fefelit. Peruenit tandem ad nos, ductu cuiusdã optimi uiri alterũ exẽplar Paulo emẽdatius, utrũq; alteri cõtulimus: doctos uiros consuluimus: multos alios authores ab hoc ipso citatos, ut ueram eliceremus lectionem euoluimus. Sicq; multo labore, multis uigiliis, permulta mendorũ monstra expugnauimus: Et qualemqualem nitorem authori reddidimus. Nõnulla fortasse ab hui⁹ ætatis institutionibus uidebũtur aliena: quę reliquimus integra: quoniã authoris ea sentẽtia fuit: quã supprimere iniquũ prorsus uisum est. Accipias optime Lector quod tibi tam cãdide & beneuole offertur: nostramq; operulã quantulacunq; erit, boni consulas. Vale

Idem ad lectorem.

NOn potuit fieri, multis de causis, quin nõnulla hisce libris imprimẽdis obrepserint errata. Prĩo quod in lucem nunc primũ editi sunt: quæ pria editio adeo syncera esse nõ potuit: ut quę postea sequẽtur. Deinde typographorum festinatio mendas omneis recognitores nõ finit libere uidere: Postremo exemplar ipsum tot mẽdis scatebat: ut

herculi facilius fuerit augæi stabulū repurgare, quā nobis menda hinc oīa expūgere, & maculas omneis eluere. Set bene nos quodāmō habet: quod nullus ī hāc diē ex tā multis inuētus est (quantumlibet industrius) qui uel in minimis nō dormitarit. Itaq ne quis ceu uepribus implicitus hæreat, oberrata quædā que in tumultuaria recognitione contigerunt, libuit ea paucis subiungere: & quæ sunt perperam posita docere, ea præsertim quæ remorem inijcere quirent.

In vita authoris colū.ij. linea.2. cognitori: lege cognitioni.
Fo.4.colū.2.lin.28.z i.c. lege z in granibus.
Fo.5.colū.1.lin.13.dñis'. lege diuinis.
Fo.eo.colū.2.lin.35.lege sancti spūs.
Fo.eo.colū.4.lin.16.lege vocis.
Fo.6.colū.2.lin.28.lege sociorum.
Fo.10.colū.1.lin.8.lege.q.j.
Fo.11.colū.3.lin.9.lege consequitur.
Fo.z colum.eisdem.lin.35.primū habetur vacat.
Fo.eo.col.4.lin.6.lege Mathei.xj.
Fo.z col.eisdē.lin.7.lege.ij.q.vj.q scit.
Fo.12.colū.1.lin.41.lege varentij. Itē vj.questio.j.
Fo.z col.eisdē.li.42.vbi eni lege tātā.
Fo.eo.colū.2.lin.33.lege disciplinam perdit.
Fo.z colū.eisdē.li.35.lege.xxiij. quest.
Fo.16.colū.4.lin.24.aīs.lege apīis.
Fo.z colū.eisdē.lin.28.lege de epis.
Fo.26.colū.1.lin.34. lege regulares.
Fo.eo.colū.2.lege quod infelix.
Fo.27.colū.4.lin.38. in principio lege et.xxiij.
Fo.30.colū.2.lin.11.lege sedis.
Fo.35.colū.3.li.44. lege sit periculis.
Fo.36.col.4.lin.42.lege sctm aliquē.
Fo.37.colū.4.lin.35. lege cuiuslibet nomine.
Fo.39.colū.4.lin.25. lege īgrediant.
Fo.40.colū.1.lin.3. lege non peccauerant.
Fo.eo.colū.4.lin.4. superest diebus.
Fo.41.colū.2.lin.2.lege quia quod.
Fo.eo.colū.3.lin.31.lege in dicto capitulo.
Fo.42.colū.2.lin.3.lege nempe.
Fo.eo.colū.3.lin.42.in fi.lege longū z in seq.in prin.lege crinem.
Fo.47.colū.3.lin.1. lege ecclesiasticis.
Fo.48.colū.4.lin.24. lege vsurpant.
Fo.z col.eisdē.lin.32.lege secundo.
Fo.50.colū.1.lin.21.lege teneantur.
Fo.z col.eisdē.lin.34. contemnentur.
Item lin. antepenultima lege sit exprobrabilis.
Fo.52.colū.2.lin.39. lege direxerint promisse premium.
Fo.54.colū.3.lin.11. lege cū modulis.
Fo.55.colū.1.lin.30.lege indulgentia.
Fo.56.colū.1.lin.41.lege negligat ꝙ.
Fo.57.col.4.li.vltima lege oratoria.
Fo.eo.colū.4.lin.14.leg.attributam.
Fo.61.colū.3.lin.10.lege perbibuit.
Fo.63.colū.2.lin.penultima numerꝰ. lege nummis.
Fo.eo.colū.3.lin.36.pro caperetur lege taxaretur.
Fo.67.colū.3.lin.14. pro seruire lege seruare.
Fo.68.colū.4.lin.8.lege nullus.
Fo.72.colū.3.lin.20.lege ad lucianū.
Item lin.29.in prin.lege inuenerit.
Fo.73.colū.3.lin.35. lege Gregorius.
Itē col.4.li.13.lege: Nā qꝛb nō faciūt.

FINIS.


¶ Authoris vita ex Antonio Colũbano Lugduneñ. vtriusq; Censure professore.



Uillelmus durandus speculator, Podiomissone nobili prouincie opido (que regio, Gallie Narbonensis est rhodano finitima) honesto splẽdidoq; inter suos loco, natus fuit. Quoniam vero non defuerunt, qui eũ Italum dicerent, non abs re erit que ipse de patria sua dicit, hoc loco commemorare: vt deinceps qui de hac re dubitant, ipsi potius durando de se, q̃ aliis credãt. Eius verba hec sunt in speculo: titu. de feu. §. ij. ver. Quod autẽ in italia: nos autẽ prouinciales, nobiles feudatarios, vasallos, plebeios vero nostros ꝛc. Ceterum eadem repetit verba in eo opere, cui Rationale diuinorum officiorum titulus est. Meminit idem non infrequenter Podiomissonis, in speculo (quod oppidum in Riueriensi dioecesi est) in ecclesia nostra (eius verba sunt) de Podiomissio ꝛc. Gallum preterea fuisse ingenue fatetur Joannes aloisius Thuscanus, camere apostolice auditor: in epistola ad petrũ Cardinalem Tirasonensem, calci rationalis diuinorum officiorum adposita, his verbis. Guilelmo Durando fuisse ingenium fateor Gallicũ: hoc est perspicax et ad omnia factum. Puer admodum, parentum studio et diligentia, optimis preceptoribus atq; eruditis operam dedit: idq; effecit variis ac diuersis vrbibus. Itaq; illius ingeniũ (quod facile ꝛ auidissimũ fuisse traditur in capiẽdis optimis disciplinis) magna diligentia ꝛ incredibili studio excultum est. Quumq; celeriter omnibus artibus, quibus puerilis etas imbui solet, ita profecisset, vt equales omnes suos doctrine laude longe prestaret, velletq; earum rerum cognitori idulgere, que a philosophis tractantur, amici qui eum honoratum videre cupiebant, ne talium rerum studium eum longius ab honorum petitione abduceret, magnopere illi authores fuere, ne aliud sibi eo tempore preter ius cesareum ac pontificium discendũ proponeret. Ex eius enim artis studio affirmabant fore, vt celeriter ad honores et summam gloriam perueniret. quorũ precibus et hortationibus quuꝫ sibi omnino parendum duxisset, annos permultos in eo studio cõsumpsit, euasitq; prestantissimus. Henrico hostiense copiose summe authore, qui in vrbe Lugduno, nobilissimo totius gallie Comate emporio, in dominicanorum ede sepultus est, vsus est doctore: qui tũ celeber iuris erat iterpres: vt adserit in speculi proemio. versic. Nouissime autem. Quod Joannes andreas in additio. ad Specu. titu. de iurisdi. om. iudi. in fine titu. in ver. diligenti: confirmat. Cognitã dein illius singulari doctrina, viteq; integritate, Mimatensis episcopus factus est: vt liquet ex huius operis proemio. Annum quoq; trigesimumquartum agens, causarum sacri consistorii et rote auditor delectus est. quod adfirmat ipse in titu. de appella. §. nunc breuiter. ver. Item iusta causa est ꝛc. Quantuꝫ iuris ciuilis peritia valuerit, ex hoc conijcere est, quod cunctos ferme qui post illius etateꝫ in iure claruerunt, habere meruerit laudatores. Abbas in. c. suspitionis. in fi. de officio delega. dicit speculatoris auctoritateꝫ esse maximã. Nec eum dubitat Jason Insti. de acti. §. si quis in fine. Patrem practices appellare: quem et Paulus de castro in. l. properandum. C. de iudi. fuisse dicit rarum nature miraculũ. Floruit (vt testatur in speculi proemio) tẽporibus Clementis quinti et Innocentij quarti quibus ob singularem probitatem, graue consilium, admirãdam doctrinam, ma-

gnopere acceptus fuit. Composuit per plura haud quaquam penitenda, que vulgo sunt notissima: nosquam breuissime repetemus. Composuit anno a natali christiano M.cclxxi. peclarũ illud opus quod Speculum iuris inscribitur, in treis partes sectuz, Ottboni bono Cardinali Januensi, Innocentij quarti ex fratre nepoti, nuncupatum: qui et ipse summus pontifex fuit: Sct diem quartum in summo illo pontificatu, immatura morte preceptus, non vidit. Edidit et opus illud, quod inscripsit, Aureum repertoriuz super toto iure. Preterea duo opa, que indicãt eũ fuisse nõ modo humanarum leguz doctissimũ, set et in rebus diuinis prestitisse, et omnem christiane theologie disciplinam maximo studio coluisse. Rationale diuinorum officiorum, et excellentissimũ opus De modo generalis concilij celebrandi. Multos annos latuit hoc postremum, quod composuit quum Clemẽs quintus Uasco generale conciliũ Uienne celebrauit, anno a partu virgineo trecentesimo septimo supra millesimum. Quo in concilio bonam partem clemẽtinarum fecit. Obijt etate iam edita, et in senium vergente, Romeque (quemadmoduz ipse prescripserat) sepultus est.

¶ Incipit liber Guillelmi Durādi Speculatoris de modo generalis concilij celebrandi.



Cribitur in cōcilio Toletano qȯ bone rei dare ꝯsiliū, ⁊ p̄ſentis vite habet ſubſidiū, ⁊ eterne remunerationis expectare cernit̄ premium. xij.q. ij.bone rei. Unde cū per ſanctiſſimū patrē ⁊ dominū noſtrū dominū Clementem diuina prouidētia papam quintū, ſcriptū fuerit ⁊ mandatum omnibus archiepiſcopis, ⁊ epiſcopis per ipſum ad futurum conciliū generale Uienne euocatū: ꝙ p ſe ⁊ per alios diligenter inquirerent, deliberarēt, ſcriberēt, ⁊ in ſcriptis ad dictū Concilium deferrent omnia que pro bono ſtatu eccl'ie, populi chriſtiani, ⁊ exaltatione fidei eis vtilia viderentur. Idcirco ego Guillelmus diuina prouidentia epiſcopus Mimatenſis, qui ſum requiſitus ſuper hoc ⁊ vocatus, Conſyderans ꝙ ſicut in maioribus eſt regendi ⁊ iubendi poteſtas, ita in minoribus eſt obſequēdi neceſſitas: vt i decretis. xxj. di.quāuis.§.in his.cum.c. ſeq.viij. diſt. que cōtra mores. xcvj.diſt.bene quidē. extra de conſti.eccleſia ſancte marie. et de reb.eccle.non alienan.cum laicis, et ꝙ ſm̄ Grego. illud quod precipitur imperatur, ⁊ qȯ imperatur neceſſe eſt fieri: ⁊ ſi non fiat penā habes. xiiij.q.j.quod precipitur.iiij.diſtin.§.hec et ſi legibus. ⁊ ꝙ ſm̄ prophetam Samuelem, melior eſt enim obedientia ꝙ̄ victima.j. Reg. xv.quia ſicut Grego.in moralib'. xxv.libro exponit. In obediētia, ꝑpria: in victima, aliena caro mactat̄.viij.q.j.ſciendum. Perlectis dudū cum diligentia a ſanctis patribus cōcilijs generalibus, prouincialibus et alijs pro ſtatu vniuerſalis eccleſie cōſtitutis, a quibus in pluribus eſt receſſum, Scribendū duxi ea de quibus iuxta paruitatis mee modulum agendum eſſe videtur in concilio memorato.

¶ Rubrica prima de correctione eorū que male aguntur premittenda in dei eccleſia a miniſtris eccleſiaſticis in capite ⁊ in membris.



T primo ſiquidem cū dominus dicat in euangelio, Joā.c.viij. Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidē mittat, ⁊ in Matthei. vij.c. ꝙ qui trabē geſtat in oculo, non pōt feſtucā educere de oculo fratris ſui: ꝑ que probat Grego. in moralibus, ꝙ qui ad aliena peccata reprehendenda vadunt, et ſua impunita relinquūt, reuocari debent intus ad conſcientiā, vt prius ꝓpria corrigant, ⁊ tunc aliena reprehendant: ⁊ in grauibus peccatis quis poſitus dū ſuis premitur, aliena nō diluit iij.q.vij.§.itē in euangelio. ⁊.c. qui ſine. ⁊ in.c.grauib'. ⁊.c.poſtulat'. Et ſm̄ Auguſtinū. Sacerdos ſapiēs vt medicus, ⁊ perfectus prius debeat ſua peccata diluere, ⁊ poſtea aliena ōtergere ⁊ ſanare. ea.cau. ⁊.q.ſacerdos. ⁊ ſm̄ Apoſtolū et ambroſiū, ille debeat de alterius errore iudicare, qui nō habet in ſeipſo qȯ condemnet, ⁊ qui nō agit ea que in alio putauerit punienda: q̄r aliter dominū inhonorat.ea.cau. ⁊.q.c.iudicet. ⁊ ad Ro. ij.c. Uideret̄ deliberandū (ſi poſſet) per quā vtile fore ⁊ neceſſariū ꝙ an̄ oīa corrigerent̄, ⁊ reformarent̄ illa que ſunt in eccleſia dei corrigenda, ⁊ reformāda tā in capite ꝙ̄ in mēbris, vt tñ cū pace ⁊ venia ſup hoc loquar, ⁊ ex obediētia excuſat' habear, ne os meū videar poſuiſſe i celū xxj.di.in tm̄.xxvj.di.deinde. Iſtud nēpe ſicut ex p̄miſſis ꝓbatū eſt, plene videret̄

esse conforme voluntati diuine et per consequens humane: Nam sicut Hieronymus ait. xxiiij.q.iij. transferunt. veteres scrutans historias inuenire non potuit aliquos alios scidisse ecclesiam dei, et de domo domini populum seduxisse, preter eos qui sacerdotes a deo positi fuerant, et prophete: idest speculatores versi in laqueum tortuosum et in omnibus locis ponentes scandalum. Isti namque sunt (sicut Grego. ad ianuarium scribit) laqueus iuuenum et secundum Hieronymum ad Heliodorum, illud sal infatuatum de quo dominus ait Matthei v. et Marci. ix. quod ad nihilum prodest nisi vt proijciatur foras et conculcetur ab hominibus. ij.q.vij. paulus. et c. non omnes Episcopi sunt episcopi. Nam vt ea. cau. et q. sequitur, sic in. c. sequuti sunt viam Balaam ex Bosor qui mercedem iniquitatis amauit, correctionem vero habuit sue vesanie: Nam subiugale mutum quod hominis voce loqutum est, prophete insipientiam probauit. Quod etiam hodie accidit, cum tam stulta et dissoluta perpetrentur in ecclesia dei a dictis personis ecclesiasticis: que deberent esse lumen aliorum, et lucerne super candelabrum posite: iuxta id quod dominus ait, Sensus ebetant iudeorum, et etiam paganorum: Et etiam illi qui rationeque diuine agnitionis omnimodo carent, istorum detestantur insaniam: et eorum distorta et deo contraria itinera, sanius sapiendo, redarguunt: Ex quo fit cum docti ab indoctis clerici a laicis necessario redarguuntur vt ibidem. et Augustinus ait. Qui nec regiminis in se rationem habuit, nec sua delicta detersit: nec filiorum crimen correxit, canis impudicus dicendus est magis quam episcopus. secunda questione septima: nec regiminis. Nam per ezechielem. ix. capi. dominus precepit. a sanctis meis incipite. Et de eo scribit Malachie. iij. quod purgabit filios leui: et colabit eos quasi aurum: et tunc erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit deo sacrificium Juda et Hierusalem, sicut dies seculi et sicut anni antiqui. l. distin. et purgabit. Nam superfluo extra ecclesiam positis resistimus, sed ab his qui intus sunt vulneramur. vigesimaquarta. q. iij. c. illud sane.

Rubrica. ij. de modo correctionis et reformationis ecclesie et christianitatis.



Sane videretur ad correctionem et reformationem ecclesie et ad salubre regimen humani generis posse perueniri hac breui via. Scriptum namque est in principio decretorum quod regitur genus humanum duobus, idest regi debet, videlicet iure naturali quod in lege et in euangelio continetur quo quis iubetur alij facere quod sibi vult fieri: et prohibetur alij inferre quod sibi non vult fieri. vnde Christus in euangelio Matthei. vij. ait. Omnia quecunque vultis vt faciant vobis homines, et vos eadem facite illis. Hoc enim est lex et prophete, idest omnes leges et prophete in hoc concordant: et in hoc consummantur: iuxta illud ecclesiastici vltimo. Deum time et mandata eius obserua hoc est omnis homo: moribus vero regitur ipsum genus humanum idest humanis legibus: sicut Isidorus in quinto libro Ethimologia. attestatur, prima distinctio. omnes leges. et c. sequentibus. Si itaque duo a quibus regitur humanum genus sicut a ministris dei videlicet ecclesiastica autoritas et regalis potestas sicut Gelasius papa scribit Anastasio imperatori. xcvj. distinctione, duo sunt. vellent intendere ad dictam reformationem et salubre regimen humani generis, haberent viam amplecti predictam: vt videlicet seipsos et humanum genus regerent secundum quod in lege et in euangelio et in concilijs spiritusanti instinctu probatis, vt. xvi. distinctione habeo. et in alijs humanis et comprobatis legibus et iuribus continetur et quicquid per alios inuenitur in regimine mundi

in contrarium

in contrarium attemptatum corrigeretur: et reformaretur put melius posset. Et prouideretur ne in contrarium impune attemptaretur: et quod huius vite nouitas non negligeret que ab antiquitate fuerant hactenus consulta et prouide constituta, sicut ait lex illa canonizata. ij q.vj.anteriorū. §.illud. Et insuper quod omnes vsus seu verius abusus: consuetudines que cēsende sunt corruptele dispensationes, priuilegia, libertates, et exemptiones, contrarietates, et contrariātia supradictis dominis et humanis legibus approbatis et generalibus tollerentur.

¶ Rubrica.iiij. quod predictus modus correctionis et reformationis ecclesie et christianitatis sit conueniens rationi et iuri maxime quantum ad presidētes spirituali et temporali potestati, et qd non debeant transgredi iura sed se regere et limitare. secundum ea et non querere que sua sunt sed que Christi nec aliorum iura vsurpare sed sub ratione se regere et addit qualiter ab antiquo res publica gubernabatur.



Quod domin⁹ Papa et reges debeāt seruare premissa in lege et in euāgelio, concilijs et iuribus approbatis contenta, de facili potest ostendi. Nam potestas eorū a deo est, et que ab eis ordinata sunt, a deo ordinata existūt sicut ait Apostolus ad Romanos. xiij. xj. q.iij. qui resistit. et.c. Imperatores. x. distin. quoniam idem mediator. xcvj. distin. cū ad verum. xxiij. q. iiij. quesitum, ordo autem melior non potest esse in regimine eorundem. Quod quod in eorum regimine deo a quo eorum processit potestas, et cuius regimini debet conformari regimen orbis. lxxxix. distinctione. ad hoc. xvj. q.j. ad hoc. inquantum possunt, sunt cōformes et in hoc potissime, vt sicut Christus dei filius verus deus et verus homo verus rex et verus pontifex, cepit facere et docere sicut de eo scriptum est. xxvj. dist. §. ecce. versi. vnde. xxxix. distinctiōe. §.j. et Joannis. vj. c. sic et predictus dominus Papa et reges primo bene et bona facerent, et exemplo suo ad idem faciendum alios compellerent. Cum prout Seneca ait, plus moueant exempla quam verba. Et si dicatur quod legibus sunt soluti, potest responderi qd non diuinis: Nam scdm Urbanum papam, etiam romanus pontifex vbi dominus vel eius apostoli et eos sequētes sancti patres sentētialiter aliquid diffinierint, ibi non legē nouā dare, sed potius (quod predictū est) vsque ad animam et sanguinem confirmare debet. Si enim qd docuerūt apostoli et pphete destruere (quod absit) niteretur, nō sentētiā dare sed magis errare cōuincerent. Zosimus etiam papa scribit qd cōtra sancta statuta patrum condere aliquid vel mutare, nec huius quidē sedis apostolice potest autoritas. Apud nos enim in conuulsis radicib⁹ (sicut inquit dictus Zosimus) viuat antiquitas, cui decreta patrum: censerunt reuerentiam exhibendam xxv. q.j. c. contra. et c. sunt quidam. Gelasius etiam papa scribit eadem cā et q. confidimus qd nullam sedem magis oportet seruare et exequi a Sinodis cōstituta quam sedem romanam. Damasus etiam papa scribit quod violatores canonum voluntarie grauiter a sanctis patribus iudicantur et a sanctis spiritu instinctu cuius ac dono dicati sunt damnant, quoniam blasphemare spiritū sanctum nō incongrue vident, qui contra eosdē sacros canones non necessitate compulsi, sed libenter (vt premissum est) aliquid aut proterue agunt aut loqui presumunt: aut facere volētibus sponte consentiūt. Talis enim presumptio manifeste vnū genus est blasphemantium spiritum sanctum, quoniam (vt iam prelibatum est) contra eum agit cuius nutu et gra

cuius.ff.de cōdi inde. frater a fratre.ff. de euic. venditorē.ff. de nego.ge.l.si. pupilli.§.videamus.ff.de administra.tut. quoties. Cum itaqꝫ summū bonū in rebus sit iustitiam colere atqꝫ sua cuiqꝫ iura seruare, ꝛ in subditis nō sinere qd potestatis est fieri, sed qd equū est custodiri, sicut Grego. ad Cōstantiā reginā frātie scribit. xij.q.ij.cū deuotissimā. ad hoc debent dn̄s Papa ꝛ omnes reges anhelare. Nā sicut idē Greg. romano defēsori Sicilie. Si qua vnicuiqꝫ epo iurisditio non seruat̄ xj.q.j.peruenit. Unde enim ait Augusti.iiij.de ciui.dei. remota iustitia quid sunt regna ꝛ dn̄ia nisi magna latrocinia? Hāc aūt iustitiā seruasse leguntur veteres qui etiā diuine legis notitiā nō habebāt. Nā que in eoꝝ erāt statuta legibus, in seipsis (ꝓut narrat Ualerius) in suis sicut ꝛ in alijs ꝛ plusquam in alijs obseruabāt, sicut per multa probat exēpla. Quod cōtra illos potētes qui non obseruāt leges quas condūt sed alios infirmiores obseruare compellūt. Narrat itaqꝫ Ualerius li.vij. ꝙ subtilis Anacarsus leges araneaꝝ telis cōparabat: nam illas infirmiora animalia retinere valentiora aūt tranre, dicebat: inferes ex hoc ꝙ mali principes ꝛ rectores ac potētes legibus teneri nolebant, sed inferiores omnino alligabāt. Nō imitātes exēplū qd narrat Augu. de ciuita. dei. li.j.c.xv. ꝛ Tullius li.j. de officijs: ꝛ lib.iij. de marco regulo romano nobilissimo a Cartaginēn̄. capto, ꝛ romā missō sub iuramēto ꝓstito redeūdi, vt q̄sdā nobiles Cartagineñ. captos a romanis ꝑ seipso reddi ꝓcuraret ꝛ cōmutari. Qui vidēs talē cōmutationē, cū ipse senex et cōfractus esset: et alij essent adolescentes in armis potētes, romanis fore inutilē, preferēs publicā ꝛ cōem vtilitatē priuate, reddi noluit pro eisdē, sed se potius hosti crudelissimo reddidit cruciandū. Et simile exemplū narrat idē Augu. de ciuitate dei li.xiiij.c.xiij. de quodā rege Athenië|sium qui audito ꝙ victores essent Athenienses contra Poloneñ. si eorum dux occideretur, se ipsum habitu transformato hostibus occidendū obiecit, malens mori ne sui vincerentur, ꝙ suis vincere superatis. Duo etiā fuerūt ꝑcepta Platonis sicut ait Tullius li. primo de officijs, volentibꝰ rē publicā salubriter gubernare, ꝛ rei publice prodesse: vnum videlicet vt vtilitatē ciuium sic tuerentur vt quecunqꝫ agerent ad eam referrent, obliti commodorum suorum: alterum vt totum corpus rei publice curarent, nedum ad partem aliquā attenderent, reliquā desererent. Si itaqꝫ mundi huius rectores ꝛ principes obseruarēt ista concilia et precepta Platonis, ꝛ ea que supra premissa sunt humanum genus et rem publicam salubriter gubernarent, sicut et fecerunt antiqui. Sed sicut ait Catho cuius verba recitat Aug. v. de ciuita. dei. c.xiij. Non sic nunc mundus regit̄, sicut tūc tēporis regebatur. Unde ait ille Catho. nolite inquit existimare maiores vestros armis rempublicam ex parua magnā fecisse: Nam si ita esset, multo plura nos ꝙ illi haberemꝰ, quippe ciuium ac sociorū: preterea equorū armorūqꝫ maior copia nobis ꝙ illis est: Sed alia fuere que illos viros magnos vbiqꝫ fecerunt que nobis nulla sunt: videlicet domi industria, foris instum imperium, animus in consulendo liber, neqꝫ delictorū libidini obnoxius. Pro his autem (vt ille Catho subijcit) in personas regentium et administrantium rei publice nos habemus luxuriā auariciam, publicam egestatem, priuatam opulentiam: laudamus diuitias: sequimur inhertiam: inter bonos et malos discrimen nullum: omnia virtutum premia ambitio possidet. Et notabiliter dicit, qd erarium esset opulentium, tenues res priuate erant. Antiqui namqꝫ consules reipublice presidentes pauperes erant in rebus priuatis: vnde uar

rat Augustinus in dicto. ca. xiiij. q lucius Ualerius in suo consulatu deificatus, adeo paup fuit, vt nūmisa populo collectis et sepultura curaret. Cōsimilia narrat Ualerius li. xiiij. de re militari, de Attilio regulo, qui cuz summis rebus prefuisset ac numinis adeo pauper fuit vt vxorem liberosq collocaret in quodaz agello qui colebatur ab vno villico: nec etiam videbantur esse ditiores in suis dignitatibus q ante: Unde narrat Augustinus de quintio: quod cum certa iugera terre possideret: et ea suis manibus coleret: et ab aratro adductus fuisset vt supra consularem dignitatem dictator fieret et victis hostibus ingentem gloriam consecutus fuisset, tamen in pristina paupertate remansit. Illud nempe erat laudabile studiuz rem publicā salubriter gubernantibus vt ipsi in suis domibus pauperes essent et res publica abundaret. Quia dominari propter lucrum et propter honorem nullatenus intendebant: vnde cuz Marco curio consuli magnuz pondus auri oblatum fuisset, ait, ipsuz respuēs: non aurum preclarum haberi sibi videri, sed eis qui habent aurum imperare. Consimile etiam narrat valerius libro iiij. de re militari, de fabricio consule respuente grāde pondus auri a legato samnitum sibi oblatum, et dicente se mauelle illud habentibus imperare q illud habere. Istud itaq regimen erat commēdabile et ab his qui presunt imitabile. De eisdem etiam narrat Ualerius libro. vj. quod nullo modo rei publice preesse volebat, nisi et prodesse valeret. Et ponit exemplum de Cornelio Scipione: qui cuz in Hispaniam vt iret sorte euenisset, respōdit se nolle illuc ire addita causa, quod se recte facere nesciret. Prefati insuper boni administratores reipublice, non patiebantur filios, et alios propinquos eis adsistere nisi reipublice possent prodesse: Unde narratur in historijs de Helio adriano, qui cum ex senatoribus esset creatus imperator, obsecrante senatu, vt filium suum Augustum cesarem nominaret, Respōdit, sufficere insq debet vt ego ipse inuitus regnauerim. Principatus eni non carni vel sanguini debetur, sed meritis: Inutiliter regnat, qui rex nascitur, et nō meretur. Proculdubio parentum affectum exuit, qui paruulos suos importabili mole superiecta extinguit. hoc eni scilicet taliter promouere idignos propinquos, est (vt ibi dicitur) non promouere, sed suffocare eosdem. Alēdi enim sunt primo virtutibus exercēdi, et cū in eis profecerint comprobandi, et inter probatos meliores alijs preferendi. Proh dolor si premissa seruabantur in rectoribus et in administratoribus rei publice qui legis diuine notitiam non habebant, Nonne est inestimabile dedecus, si moderni administratores reipublice, qui fide illuminati sunt et alios illuminare et corrigere debent, in seipsis talia non obseruant. Uerendum quippe est si contrarium faciunt, quod et ipsi discernant, et in sinu suo colligant causam suam. xvij. distinc. §. hinc etiam. xxj. di. nunc autem: quod in eis comprobatur illud quod dicitur Sapien. vj. c. Audite reges et intelligite: discite iudices finium terre, prebete aures vos qui continetis multitudines et placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est a domino potestas vobis, et virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri illius regni non recte iudicastis, neq custodistis legez iustitie: neq secundum voluntatem dei ambulastis. horrende et cito apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum in his qui presunt, fiet. Exiguo enim cōceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. In quibus conueniēs Nicolaus papa ad Lotharium

tbariũ Regem francie scribit deteri⁹ quippe in populis prelati delinquũt, ac per hoc ipsi graui⁹ ꝙ ceteri puniun tur. tot eñ mortib⁹ digni sunt, quot ad subditos suos perditiõis exẽpla trãsmittũt. xj. q. iij. precipue. certũ est enim ꝙ homo xpian⁹ (sicut Johannes chrisostomus ait) fortiter cadit ĩ peccatum propter duas caussas: aut propter magnitudinem peccati, aut ꝑpter altitudinem dignitatis. xl. d. hõ xpian⁹. Obsecro itaqꝫ vt iuxta statuta Carthagineñ. cõcilij quarti. Nõ sue delectatiõi, nec suis morib⁹, sed his patrũ diffinitionibus acquiescat. xxiij. distinctiõe q episcop⁹ in fine. Nã, vt ait grego. in moralib⁹ parte. vj. li. xxxj. c. lv. & vj. oẽ qδ hic eminet, plus meroribus afficit ꝙ honorib⁹ gaudeat. xiij. di. nerui. Et icõm eundem, tot vnusquisqꝫ portare onera cogitur, quot in hoc mũdo pricipatur, sicut ĩ pastorali ait. Que pauca sufficiant ad probandũ, ꝙ si supradicte potestates. s. eccl'iastica et terrena velint mundũ & humanũ genus salubriter gubernare, ꝙ se & sua facta et dicta deberẽt diuinis & humanis legibus cõfirmare: & se per imitationẽ eis subijcere: & exempla eorũ que agenda sunt, sequẽtibus & subditis demõstrare, & nõ vt presint: nec vt ipsi vel sui diuites efficiantur, rem publicã gubernare. Aliter enĩ ꝺm dictũ Leonis pape, si querũt que sua sunt nõ que Jesu xpi, facile a legibus & doctrinis supra positis disceditur: & duꝫ dñari magis ꝙ consulere subditis placet, honor in flat ĩ superbiã: & qδ puisũ est ad ꝯcordiã tendit ad noxam. xlv. d. licet nonnũꝙ.

¶ Rubrica. iiij. Quarto specificatur ampli⁹ de limitando & regulãdo exercitio potestatis dictorum presidentiũ monarchie, ne in agendis absqꝫ concilio proborum proprio vtantur arbitrio: Nec sine generali concilio agant ꝯtra ea que sunt in concilijs a sctis patrib⁹ prouide cõstituta in dispensatio nib⁹ priuilegijs & exẽptionibus & alijs exercendis: q̃ reuocent & reuocare debeant exemptiones in contrariũ concessas, Cum hoc esse vtile & rationabile videatur.



Erum cum scribatur prouer. xj. ꝙ ibi salus vbi multa consilia. & Innocentius papa scribit ꝙ facilius inuenitur illud quod a pluribus senioribus q̃rit. xx. di. de quib⁹. extra de officio delegati. prudentiã. in fine primi respon. Et lex dicat ꝙ per ampliores homines manifesta veritas reuelatur de fideicom. l. vltima. & C. de inge. manu. l. iij. Et exemplũ habeamus in veteri testamento de moyse, qui ad consiliũ Jetro cognati sui. lxxx. seniores secum assumpsit: q̃ vltra vires ipsius moysi erat, ꝙ ipse solus populum iudicaret, exo. xviij. & de mandato domini. xij. apostolis. lxxij. discipuli in ministerio sunt adiuncti, q̃ messis multa erat, operarij vero pauci. xxj. di. in nouo. matth. ix. & Jo. iiij. c. Videref esse salubre consilium pro re. publica, et ꝑ dictis administratoribus rei publice, ꝙ sic sub ratione (vt premissum est in rubricis proximis) limitaretur potestas eorũdem, ꝙ absqꝫ certo cõsilio dominorum cardinaliũ dominus papa & reges ac principes absqꝫ aliorũ proborum cõsilio (sicut hacten⁹ in republica seruabatur) nõ vterentur prerogatiua huiusmodi potestatis, potissime aliquid concedendo contra concilia & contra iura approbata communiter. Et ꝙ contra dicta concilia, & iura nihil possent de nouo statuere vel concedere nisi generali concilio cõuocato, Cuꝫ illud qδ omnes tangit, ꝺm iuris vtriusqꝫ regulam, ab omnib⁹ debeat communiter approbari. Vt enĩ

Augustinus ait in libro de vera religione.c.lx.In istis temporalibus legibus q̄q̄ de his homines iudicent cū eas instituunt, tñ cū fuerint institute z firmate, z nō licebit iudici de ipsis iudicare, sed scd̄m ipsas.iiij.di.in istis, vnde Leo papa scribit q illa que ad perpetuam sunt generaliter ordinata vtilitatē, nulla cōmutatione varientur nec ad priuatū trahantur cōmodum que ad bonū sunt cōmune prefixa. Sz manētib⁹ terminis quos constituerūt patres, nemo iniuste vsurpet alienū: sz intra fines proprios atq legitimos (put quisq valuerit)in latitudine se exerceat charitatis.xxv.questio.j.que ad perpetuā. Certū nanq est, q presidentes spirituali z tēporali potestati sunt homines. Et ideo tāq̄ homines de facili possunt labi. Et ideo dicebat Ualentinianus imperator alloquens synoduz, Talem in pōtificali cōstitui te sede, cui z nos qui gubernamus imperium sincere nostra capita submittamus, Et eius monita(dū tanq̄ homines delinquimus)necessario veluti curantis medicinā suscipiamus, sicut habetur in historia tripartita.lxiij.di. Ualentinian⁹. De domino aūt papa certū est(sicut Symacus papa ait)qd nec ipse nec etiā Btūs petrus cum sedis priuilegio licentiā acceperunt peccandi, vt ptz.xl.di.nō nos.z.c.si papa. Quinimo(sicut Alexāder papa ait.) Quāto familiariores esse debent saluatori, tanto magis impugnantur ab inimico generis, qui mille habet fallēdi modos z qui conat a pncipio ruine sue vnitatem ecclesie rescindere, caritatem vulnerare, sanctoz operū dulcedinē inuidie felle inficere, et omnibus modis humanum genus euertere et perturbare, sicut Joannes papa ait, iij.questio.j.nulli.xvi.questione.ij.visis. Nulli etiam dubium est quin pluribus intentus minor sit ad singula sensus. Unde q̄q̄ sunt dignitate ceteris altiores, Interduz euenit propter nimiam preoccupationem negotiorum (sicut Greg.i pastorali ait) q nō sunt in agendis z in iudicijs ceteris certiores. Propter qd prospiceretur nō solum reipublice, sed eisdem, q omnia cum consilio agerētur, iuxta dictū sapiētis: z a iuris tramite nequaq̄ discederent, nec postmodum peniterent.

## De dispensationibus.

Porro si pretendatur q licitū est dispēsare supra iura, Respōderi pōt q cū dispēsatio(sicut iuriste tradunt) sit puida iuris cōis relaxatio, vtilitate seu necessitate pēsata per eū ad quē spectat, canonice facta: vt colligitur.j.q.vij.§.nisi rigor discipli.z.c.necessaria cū sequētibus. Non est sm iuristas cēsenda dispēsatio, sed dissipatio, si aliter fiat: cū ius vulneretur ex ea.xxiij.q.iiij.ipa pietas, circa finē.vñ nō est ad dictā dispensationē absq deliberatione prouida procedēdū, extra de transact. c.si.dñs eñi cui⁹ est vicarius dñs papa (sicut ait Btūs Ambrosi⁹ in libro de officijs)nō vult simul effundi opes sed poti⁹ dispēsari.lxxxvj.di.nō satis.potissime cū ius, cōtra qd fit ipsa dispensatio, sit ars boni et equi: cui⁹ merito quis nos sacerdotes id est sacrorū preceptorū ministros appellat.ff. de Iusti.z Iure.l.j.§.ius.ij.qd.vij.§.fuerunt. cōtra qd quidē bonū z equū absq magna necessitate vel vtilitate dispēsari nō debet, cū illud qd iure agitur iuste agat. Et bñ(sicut Augustin⁹ ad macedoniū ait.xiiij.q.iiij.qd dicā, extra de v.sig.)ius dictū ē. Igit picte dispēsatiōes ex causis debitis z necessarijs nō ex volūtate nec acquisitis fieri debet, cū de collatione status ecclie agatur.j.q.vij.z si illa.z.c.tali cōiugio, extra de

electione innotuit. §. multa. et. § . fina. Unde si dispēsant ex causis indebitis, peccant: nec forte illi cū qb⁹ dispēsat̄ iuuātur: sʒ poti⁹ grauant̄, put no. extra de voto ꝛ vo. re. nō est. ꝛ de sta. mona. cū ad monasteriū. in fi. ꝛ concordat xxv. q. j. sunt quidā. extra de restitutio. spolia. literas. xcv. di. ꝛ olim. xvj. dist. sicut. ꝛ. c. sequen. extra de renuntia. post translationē. R ñ. j. ꝛ. c. nisi. extra de bigamis. c. iij. xxiij. di. sicut. xxvj. di. deide de cele. missa. cū marthe. xiij. distin. c. j. de trāsac. c. fin. de tēpo. ordi. c. fi. de excess. prela. ex literis. de homicidio. ca. j. l. dist. miror. ꝛ. c. clericū. j. q. j. statuim⁹. ꝛ. c. si quis a Symoniacis. j. q. iiij. reqritis. j. q. vij. q in qualibet. ꝛ. c. cōuenientibus. ad fi. ꝛ. c. saluberrimum. in fi. de conse. di. iiij. qui bis. ꝛ. c. cōfirmandus. Unde prudēter aget dñs papa si i dispēsatiōibus ꝛ alijs seruet ꝯsiliū Leonis pape in preall. c. sicut. dicit eñ ꝙ sicut quedā sunt q̄ nulla possunt ratiōe ꝯuelli, ita multa sunt q̄ aut ꝑ necessitate tēporū aut ꝑ consideratione etatū oporteat tēperari, illa consideratione semp seruata, vt i his q̄ vl' dubia fuerīt aut obscura id nouerim⁹ sequēdū: qd nec ꝓceptis euāgelicis ꝯtriū, nec decretis sanctorum patrū inueniat̄ aduersum. Penset itaqʒ eiusdē Dñi pape sanctitas, si ex dispēsationib⁹ q̄ passim iuxta stilū Romane curie fiunt, rumpitur neru⁹. l. dist. pr̄sbyteros. xxxiij. q. ij. in lectū. xv. q. j. si qs insaniens. xxiij. q. v. excōicatorum. Et si esset sibi et vl'i eccl'ie de ꝓlibato remedio iuris cōueniēs acqesceret traditiōib⁹, ꝛ cessaret a dictis dispēsationib⁹, indulgētijs et cōcessionib⁹, priuilegijs ꝛ exēptiōib⁹ q̄ sunt cōtra bonū cōmune: qd ꝓferēdū est priuato. vij. q. j. scias. xiij. q. j. in scripturis. Et que ad priuatū vident̄ trahi commodū abstinendum. xxv. questiōe. j. c. iij. Nā sicut scribit Hieronymus ad Rusticū Narbonē̄ epm. Ex quo in ecclijs sicut in Romano imperio creuit auaritia, perijt lex de sacerdotibus, ꝛ visio de ꝓpheta. xciij. disti. diaconi sunt. de Crasso legitur ꝙ aurum sitiuit: et aurum bibit. j. qōne. j. §. ex his verbis.

## De exemptionibus.



De exemptionib⁹ aūt predictis ex qua causa ꝯcesse fuerint, ꝛ cōtinuo cōcedant̄, et qs fruct⁹ modernis tpibus subsequat̄ ex eis habetet ei⁹ sctitas ꝓuidere. Magna nāqʒ auctoritas ista ī dei eccl'ia ē habēda. ꝛ si nōnulli ex ꝓdecessorib⁹ ꝛ maiorib⁹ nostris fecerūt aliqua que illorum tpe potuerūt esse sine culpa, ꝛ postea vertuntur in errorem ꝛ superstitionē, vt sine tarditate aliqua ꝛ cū magna auctoritate a posteris destruant̄. lxiij. d. §. verū. Uñ Ezechias dissipauit excelsa ꝛ cōtriuit statuas, et succidit lucos, cōfregitqʒ serpētē eneū a Moyse iussu dei factū, ne serpētina morte populus interiret. Et laudatur dictus Ezechias destruxisse quod tendebat ad perniciem: quod iubēte Deo fecerat ille. num. xxj. iiij. Regum. xviij. c. Non enim debet irreprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum, statuta quandoqʒ varientur humana. presertiʒ cū vrget necessitas, vel euidēs vtilitas id exposcit. Cū ipe de⁹ ex his q̄ in veteri testamēto statuerat, nonnulla mutauerit in nouo, sicut habet̄ ex cōcilio gñali extra de cōsan. ꝛ affi. non dʒ. xxix. di. c. j. ꝛ. ij. iiij. di. erit xxxij. q. iiij. quis ignoret. ꝛ. c. obijciunt̄ xxiij. q. vij. occidit. extra de transactio. c. fi. de sen. excōicatio. sup eo. Ex quib⁹ infert̄ ꝙ si maius dānū ꝛ maius inconueniens subsequatur ex dictis dispensationib⁹ ꝛ dictis exēptionib⁹ ꝙ vtilitas, ꝙ haberent per eiusdē summi pōtificis prouidentiā reuocari: qd facile

ostendi pōt iuribus ꝛ rationibus supradictis. Quod aūt ad faciēdū dictā reuocationē exemptionum predictus Dñs papa de facili debeat esse inclinatus: possunt ꝛ debēt eū monere nō solū predicta: sed etiā multa alia. primum est generalis ordinatio vniuersalis ecclesie pcedēs ex deo: ab aplis sanctis patribꝰ: generalibus cōciliis ꝛ Romanorum pōtificibus ꝯprobata ꝛ obseruata: sꝫ quā eis religio xpiana ꝛ gñaliter omnia monasteria ꝛ loca religiosa, Abbates, Abbatisse, monachi, mōiales, ꝛ oēs alij religiosi ꝛ psone ecclīastice immediate subsunt gubernatiōi ꝛ cure epoꝝ in ciuitatibꝰ diocesibꝰ eorūdem tanq̄ superiorum suorum, apostolorūq̄ successorum ꝛ potestatē habentiū. vnde cū Dñs papa tantā ꝛ talē obseruationē imitari nō debeat, nec forte valeat: Ergo nec generales exēptiones, priuilegia libertates, ꝛ immunitates derogatiuas ꝛ preiudicatiuas honori, potestati, statui, ordinatiōi, ꝛ ordini dictorū Episcoporū ꝛ ordinariorū cōtra predictā generalē ordinationē sic passim cōcedere nō debet, nec etiā forsitā valet: prout ex infrascriptis iuribus cōprobatur.

Quod autē generalis ordinatio gñalis ecclesie procedat a Deo, ꝛ attēdēda sit, pbatur autoritate grego. lxxxix. di. ad hoc. xvj. q. j. ad hoc. Nā, vt ibidē dicit, Ad hoc dispensationis prouisioꝰ gradus diuersos ꝛ ordines disposuit esse distinctos, vt dū reuerentiam minores potentibus exhiberent, ꝛ potentiores minoribꝰ dilectionem impenderēt, vera concordia fieret. Et ex diuersitate cōnexio, ꝛ recte officiorū gereretur administratio singulorum. Neq̄ eīn vniuersitas alia poterat ratiōe subsistere, nisi huiusmodi magnus eaꝝ differētie ordo cōseruaret. Quia vero queq̄ creatura in vna eademq̄ q̄litate gubernari vel viuere non potest, celestium militiarū exemplar nos instruit: quia dū sunt Angeli, sunt Archangeli, ꝛ liquet q2 nō sunt equales, sed in ptāte et ordine differūt alter ab altero. In quo quidem. c. dicit gloss. lxxxix. dist. q̄ dicta prelatio durabit vsq̄ in diem iudicij: quod probat autoritate apostoli dicentis prime corinth. xv. Dū mūdus iste durabit homines psunt hominibus, demones demonibꝰ, angeli angelis. Cum autem Deꝰ erit omnia in omnibus, cessabit dicta platio, nō tamē ordo vel maioritas, de pe. di. iiij. in domo. Et dicta diuersitas ordinum ecclesiasticorum prelatiōis est pter cōcordiā humani generis istituta, sicut Leo papa ait. xlv. distictio. licet. ij. Et ne scisma fieret in ecclesia Dei sicut pbat Hieronymꝰ ad euandrum Episcopum. xciij. dist. legimus. ꝛ idē probat ad neopotianum scribēs. xcv. di. Esto subiectus pontifici tuo: ꝛ ipsum quasi anime parentem ama. Idem etiam probat dictus grego. in dicto. c. ad hoc locorū gradus ratiōis ordo distinxit ꝛ iudicia esse constituit vt nec prepositi in opprimendo subiectos frustra se valeant occupare, nec subiectis iterum cōtra suos ppositos effrenata sit resultādi licētia. Nō est ergo dicta distinctio graduū ꝛ platiōis cōtemnenda, sicut dicit Joānes Chrisostomus. xj. questio. iij. Nemo cōtemnat, Nam a Deo est principaliter cōstituta in veteri testamento per Moysen, qui ex precepto domini, Aaron in summū pontificem, filios vero eius vnxit in minores sacerdotes: exo. xxxj. capitulo. In nouo autem testamento dicta distinctio gradum et maiorum ꝛ minorum sacerdotum discretio ab

De exemptione regularium

De ordine ecclesie

Pauson fuerat servatur

ipso christo sumpsit exordium, qui .xij. apostolos tanq̄ maiores sacerdotes et lxxij. discipulos quasi minores sacerdotes instituit. Petruz vero quasi in summum sacerdotem elegit. Apostoli autē in singulis ciuitatibus episcopos ordinauerunt .xxi. distinc. §. j. Et ligandi atq̧ soluendi potestatez tam Petrus q̄ ceteri apostoli a Christo receperunt. Primo tamē petrus, sicut Anacletus papa ait, hanc ligandi ⁊ soluēdi supra terram potestatem accepit a domino. primusq̧ ad fidem populuz virtute sue predicationis adduxit. Actuū .ij. Ro. x. Ceteri vo Apostoli cū eodem Petro pari consortio honorem ⁊ potestatem acceperunt a Christo, ipsumq̧ Petrū principem eoꝝ esse voluerunt. ¶ Ipsis vero apostolis decedentibus, in loco eorum successerunt episcopi, quos qui recipit ⁊ verba eoruz, deum recipit. qui autez eos spernit, deū a quo missi sunt, ⁊ cuius funguntur legatione, spernit: ⁊ ipse indubitanter spernetur a domino. videntes autem ipsi apostoli messem esse multam, ⁊ operarios paucos, rogauerunt dominū messis, vt mitteret operarios in messem suam. vnde ab eisdem apostolis electi sunt .lxxij. discipli quorum typum gerunt presbyteri: atq̧ in eorū loco sunt in ecclesia constituti secūdum Anacletum .xxi. distin. in nouo: et concordat cum dicto Anacleto Cyprianus papa .xxiiij. q̄. j. loquitur, vbi dicitur per eundem: loquitur dominus ad petrū. Ego dico tibi quia tu es petrus: ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiaz meam. Super vnum edificat ecclesiam. Et quamuis apostolis omnibus post resurrectionem suā parem potestatē tribuat, ⁊ dicat: sicut misit me pater ⁊ ego mitto vos, accipite spiritum sanctum. Tamen vt veritatem manifestaret vnitatis eiusdem originem ab vno incipiētem sua autoritate disposuit. Hoc erāt vtiq̧ ceteri apostoli quod Petrus fuerat: pari consortio prediti ⁊ honoris ⁊ potestatis: sed ab vnitate exordium proficiscitur, vt ecclesia Christi vna mōstraret: ⁊ ita subijcit in eodem .c. dictus Cyprianus. Episcopatus vnus est, cuius insolidum pars tenetur. vbi dicit glo. ꝙ idez ius residet apud quemlibet episcoporum. tamen reuera quilibet habet separatum ⁊ speciale ius: scilicet in ciuitate ⁊ dioecesi sibi commissa. ff. quemad. serui. amit. aquā. non ꝙ singula iura a quolibet insolidum teneantur. ff. de verbo. obliga. l. ij. ff. de serui. l. vie. Concordat ad premissa Augusti. exponens illud Joan. xx. ⁊ Matth. xvj. Quodcunq̧ ligaueris super terram erit ligatum ⁊ in celis: quia dicit ꝙ super hoc non est dictū tantum Petro sed ecclesie, xxiiij. q. j. quodcunq̧ ⁊ .c. sequentibus ⁊ precedentibus, idem ⁊ August. ait de paulo. ꝙ paulus Petruz reprehendit qd̄ non auderet nisi se non imparem sciret. ij. q. vij. Paulus. cuz quatuor sequentibus. ad idem concordat Grego. Joanni epō Ciracusano scribens .xxij. dist. de constātinopolitana. vbi dicit ꝙ si qua culpa in episcopis inuenitur ratione ecclesie subiecti sunt. cum vero culpa non exigit omnes secūdum qualitatem humanitatis equales facit. ad idem .lxviij. distin. quoruz vices. vbi dicit Urbanus papa. quorū vices in ecclesia episcopi habēt. ⁊ quis eis hanc dignitatez dare debeat sanctus Augustin⁹ ostendit inquiens. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij. patres missi sunt Apostoli. pro apostolis nanq̧ filij nati sunt, ⁊ cōstituti sunt episcopi. Hodie enim episcopi q̄ sunt per totum munduz, vnde nati sunt, patres ipsa ecclesia illos appellat, ipsa nanq̧ illos genuit. Et ipsa illos constituit in sedibus patrum. Non te ergo putes desertam: quia non vides Paulum, quia non vides Petrum: quia non vides illos per quos nata es. de prole tua decernit tibi paternitas. Pro patribus

tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram, ad idē xxxv. dist. ecce. in fine. ij. q. vij. accusatio. in fi. iij. q. j. nulli. in fin. vij. q. j. omnes. ij. q. v. habz. in fi. Mat. x. Luc. ix. Apostolus etiam legens de dictis episcopis et ordinarijs dicit. Ephesi. iiij. quosdam dedit apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, idest edificationem corporis christi: ſm etiam pdictuz apostoluz. Romanoꝝ. xiij. Omnis anima sublimioribus potestatibus debet esse subiecta: quia non est potestas nisi a deo. que aūt a deo sunt ordinata sunt itaqꝫ q resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt ipsi, sibi dānationē acquirūt. Patet itaqꝫ ꝙ dicta gn̄alis ordinatio plationis a deo in veteri testamento, ⁊ a christo in nouo p̄cessit. Et ꝙ inde epi potestatem suam acceperunt, quam apostoli habebāt, et ꝙ dicta ordinatio non est contemnenda, nec interdicēda, pbat Aug. p dicta Basilij. xj. di. ecclesiasticaꝝ. beatus vero Bernar. in li. de ɔsiō. ad eugeniū papā sup hoc scribit, dicēs. Nec vilē reputes formā hāc. s. eccl'iastici ordis q̄ i terris est, exēplar ei hz e celo, iuxta illō Apoc. xxj. Uidi ciuitatē sanctā hierlz descēdētem de celo, a deo paratam. Quod idez Bernar p similitudinem ecclesie militātis ad ecclesiam triumphantem asserit. Ecce dictuz: quia sicut illic Seraphim cherubim ac ceteri quiqꝫ vsqꝫ ad angelos ⁊ archangelos ordinantur, pili ordinant sub vno capite, sic ⁊ ecclesie gradus. nō igit pnipendēda, nec interdicēda est dicta ordinatio q̄ deū hz autorē.

Sane ꝙ iuxta dictaz resignationem diuinam ⁊ generalē vniuersalis ecclesie epis tan ꝙ ordinarijs et potestatem apostolorum in eorū ciuitatibus ⁊ diocesibus habētibus subditi debeant oia mōasteria ⁊ loca religiosa pbare. xvj. q. vij. oēs basilice: vn̄ ɔstō Aurelian̄. ɔcil. ponit ſz ꝙ oēs basilice q̄ p diuersa loca constructe sunt, vel quotidie construūtur, in epi potestatem cōsistere debent, in cuius territorio posite sunt. ad idem xviij. q. ij. monasteria, idest quod est eiusdem concilij Aurelianen̄. in quo dicitur quia monasteria ⁊ monachorum disciplina, ad euz pertineant epm, in cuius territorio sunt constituta. Ad idem. e. q. cognouimus vbi dicit Grego. ꝙ monasteria seruorum dei vel feminaꝝ sint sub cura epi loci sub cuius moderamine degunt: quia valde esset indecens, vt eo obmisso alius quilibet se illorū causis admisceat. Sed ille eoruz vitas competenti regularīqꝫ moderamine disponere, qui p commissis animabus eorus compellitur reddere rationem. ad idez de insti. cum venissent, j. respon. vbi dicit Inno. ꝙ ad epm talia de iure cōmuni ptinent. Ad idem de religi. do. de synodochijs. vbi dicitur ꝙ ſm dicta Eugenij pape, synodochia ⁊ alia similia loca per sollicitudinez epoꝝ in quoꝝ diocesi existunt, ad eandem vtilitatem quibus constituta sunt ordinentur. Cōcordat ad idem. xvj. q. v. si quis eporum, in fi. vbi dicitur p Nicolaum papam ꝙ gubernatio omnis ecclesie ad eū epm ptinet in cuius ciuitatis territorio est constructa. Et idem constitutum est in. iiij. constitu. tho. p Grego. e. q. possessio. ⁊. c. lator, Ad idem concordat Grego. in registro. lxj. distin. obitum, circa finem: dū dicitur monasteria autem si qua sunt in ipsius scilicet Panormitani epi constituta parochia in tua cura (⁊ loquitur visitatori deputato sede vacante) dispositioneqꝫ etiaz concedimus: quousqꝫ illis propitius episcopus fuerit ordinatus. Ad idem. xij. qō. j. quoniam ad heliam, vbi consimile dicitur per Grego. ad idem. x. q. j. capitu. j. quod est concilij Ylerden̄. ⁊. c. ij. quod est concilij tho

Item cum in. iii. c. primi concilii Carthaginēñ. fuerit constitutū quod Sanctimoniales et religiose femine in vna domo cum extraneis mulieribus vel viris non morentur, et q sint segregate a consortio mulierum. Et q similiter discreta sit conuersatio clericorum ad cōuersionem laicorum, et hoc sit conforme aliis conciliis et iuribus: vt. iii. distin. statuimus. xxiii. di. his igitur. Et predicta iura non seruentur: Nec prouisio domini Bonifacii de includēdis dictis monialibus posita extra de sta. reg. c. vnico. li. vi. Sufficit q multe sunt que si includerentur non haberent vnde viuerent. Et

q etiam sunt nonnulle sicut dicit capi. pniciosam.xviij.q.ij. ppria receptacula retinentes sicut sunt beguine ordinis sancti francisci: videretur vtile sup hoc prouideri, t.vj. etiam.c.concilij Toletani contineatur q religiosa puella virorum familiaritatem in domo non habeat: Esset puidendum quod non reciperetur plures q possent de earum redditibus sustentari, de quo prius legitima fides fieret ordinarijs earudem. Et hoc sub grauib⁹ penis ordinarijs iniungeret p quos corrigerent, includerent t reformarent puilegio q̄rio nō obstāte.

Rubrica.xxvj. De clericis obligatis ad ratiocinia: t ne viri literati ad ipsa intendāt, nec sacerdotes ad pdicta vocet.

Item cum in septimo ca. dicti concilij pmi Carthaginensis fuerit constitutum quod obligati ad ratiocinia reddēda non pmoueantur anteq rationem reddiderint de eisdem: et hoc fit conforme alijs concilijs t iuribus, vt extra de obligat. ad ratioci. t.liij.distin. p totu3, t non seruetur. videretur vtile q seruari mandaretur. Nam hoc etiam continetur in pmo.c.pmi cōcilij Toletani. Et insup q viri literati ad dictas ratiocinationes non intendant. Cum fm Greg. inutile et valde laboriosum sit homine3 literatum ratiociniorū3 causas assumere: t se in eo quod nō expedit obligare. Nec est faciēda in ecclesia memoria pro illis qui sacerdotes ad dicta ratiocinia euocant, t ab officio suo retrahunt. lxxxviij. distin. inutile erit.

Rubrica.xxvij. De cōtemptorib⁹ canonū t platoꝝ suoꝝ supioꝝ puniēdis.

Item cum in vltimo ca. pmi concilij Carthaginensis continetur q illi qui nolunt obseruare scripta in concilijs si laici sunt communiōe, si clerici honore puentur. Et hoc sit conforme alijs concilijs t iuribus. s.iiij. dist. §. hec t si legib⁹. xij. di. pceptis. xviij. di. §. hunc §. xxv. q. j. hac consona. t pdicta iura non seruentur. videretur vtile q seruari mandaretur vt quos diuinus timor a malo non reuocat, coherceret timor eccl'iastice disciplinę. extra de heretic. vergentis. de elec. cum in cunctis. lxxxij. di. plurimos in fine. l. dist. constitueretur. C. de emenda. ppin. l. vna. In secundo etiam. c. cōcilij Taurinatis continetur vt quicunq contra statuta maiorum fecerit deponatur. In concilio etiam Bracharen. cōtinetur q si quis transgressus fuerit precepta antiquorum canonum t conciliorum a statu suo degradetur. Et ad ide3 cōcordat pmū.c. tertij cōcilij Tolet. Et q idem seruaretur de illis qui transgrediuntur rationabilia pcepta superiorū suorum.

Rubrica.xxviij. De religiosis t alijs qui excommunicatos ab alijs recipiūt puniendis, t de sententijs excommunicationis suspensionis t interdicti latis ab ordinarijs vel eoru3 autoritate in locis religiosorum publicandis.

Item cum in. viij.c. secundi concilij Carthaginensis fuerit constitutum vt illi qui excommunicatos ab alijs sciēter recipiunt excommunicentur. et hoc sit conforme concilio Antiocheno. xj. q. iij. si qs a ppio et ex decret. beati petri ex. xciij. distinc. si inimicus, t ex statutis apostolorum. ea. q. sicut apostoli. t calixti pape ea. questiōe. excommunicatos. et Isidori ea. questione. cum excommunicato. et concilij Carthaginensis. eadē questiōe qui excommunicauerit, t nullis alijs iuribus, Et hoc non seruetur a fratribus predicatoribus et minoribus t alijs religiosis exēptis nec ad hoc refrenandum

refrenandum prosint antiqua nec noua remedia. ꝛ ppter hoc excommunicatio contemnatur: ꝛ sic mortalis efficiatur. de senten. excommu. cum medicinalis. ꝛ neruus discipline ecclesiastice disrumpatur. contra illud. l. distinc. vt constitueretur. ꝛ. c. pſbyteros. xxiiij. q. v. excommunicatorum. xxxiiij. q. ij. in lectum. videretur fore super his sacri prouisione concilij prouidendum. Hoc etiam conforme. viij. c. secundi concilij Arelatensis, in quo statutum est vt se reum noverit, ꝛ causam in concilio rediturum, qui excommunicatum alterius post interdictum recipere psumpserit. idem etiam statuitur. in. xj. ca. concilij Aurasi. et in liij. c. concilij Elbertani. ꝛ. xxxvij. c. concilij Bracharen.

¶ Rubrica. xxix. Ut qui contra professionem vel subscriptionem suam vel predecessorum facta irrationabilia et seruitores venerint puniantur.

Item cum in vltimo ca. predicti secundi cócilij Carthaginensis fuerit constitutum vt quicunq; plati et alij contra illa in quibus consenserunt vel subscripserunt venerint, deponantur: cum non deceat inconstantiam et intolerabilem in dei ecclesia reperiri: ꝛ in hoc sit conforme concilio Affricano. extra de pactis. c. j. et alijs iuribus. vigesima questione prima. puelle. in fi. vigesimasecũda. questione quarta. innocens. decima octaua questione secũda Eleutherius. ff. de pactis iuris gentium. §. pretor ait. ꝛ hoc hodie non seruetur: hoc videretur honorabile, et vtile obseruari, ne paulatim grauitas ecclesiastica depire videatur: maxime in ecclesia romana i qua visum est q dominus papa reuocabat aliquando non solum gratias, ꝛ alia concessa a pdecessoribus suis vex etiam facta ꝛ concessa a seipso contra grauitatẽ autoritatem ꝛ honestatem ecclesiasticã ꝛ iuridicam. xxv. qóne. j. ꝛ. q. ij. quasi per totum. xij. q. ij. hec huiusplaciti. Et idẽ de multis alijs prelatis accidit, predecessorum suorum facta rationabilia et familias, q bene seruierint: psequentibus contra iura.

¶ Rubrica. xxx. Ut canones pertinentes ad officium ꝛ instructionem episcoporum ꝛ clericorũ sciantur p eos pusq ordinentur.

Item cum in tertio ca. iiij. concilij Carthaginensis posito. xxxviij. distin. placuit, fuerit cõstitutum vt episcopis et clericis ordinandis priusq ordinentur. decreta conciliorum eorum auribus ab ordinatoribus inculcentur, ne se aliquid contra statuta conciliorum fecisse peniteat, et in concilio Toletano fuerit constitutum, quod illi quibus parochiales ecclesie cõmittuntur, ab episcopis suis instructionem et libellum per quem in officio ecclesiastico dirigãtur: accipiãt. ꝛ Celestinus papa instituerit quod nulli sacerdotum liceat canones ignorare. ꝛ Augusti. dicit quod saltem canones penitẽtiales scire debent, vt. xxxviij. distinctio. quando. ꝛ. c. nulli. ꝛ. c. que ipsis xx. distin. si decreta. Et supradicta iura et consimilia non seruentur sed passim pmoueantur, et pſbyteri ꝛ episcopi priusq eis ostẽdatur illud quod pertinet ad officium eorundẽ: nec debita discussio super his obseruetur, licet sup hoc multa iura sint edita. xxiij. distin. per totum. et extra de etate et qualitate ordi. de tem. or. videret super hoc puidẽdũ.

¶ Rubrica. xxxj. De episcopis accusatis. vbi ꝛ infra quod tempus eorum cause examinentur. ꝛ q in causis ecclesiasticis hore modicũ pheret q deputarentur in singulis curijs iudices aduocati, pcuratores ꝛ tabelliones gratis sua officia exequentes in causis miserabilium personarum.


Tem cum in, vij.c.iij.cõcilij Cartaginen͂. fuerit constitutum q̄ cause episcoporum coram prouinciali concilio infra duos menses audiantur ⁊ hoc sit satis conforme alijs concilijs ⁊ iuribus vt.iij.q.si quis episcoporum.cum.c. sequentibus ⁊ dicta iura ⁊ consimilia nõ seruentur quia romana ecclesia causas episcoporum maioribus annumerans, omnia ad se trahit,p illa capitula.ij.q.vj.ad romanũ.⁊ capitulis precedentibus ⁊ sequentibus. et. ix.q.iij.cũcta per mundum ⁊.c.per principalem. Uidetur vtile cogitare an esset aliquod remediũ super hoc adhibendũ. Et insuper cum lites nõ debeant esse immortales.vt extra de dolo ⁊ cõtu.finẽ,potissime eccl'iastice q̄ ceteris periculosiores sunt: vt ibidem ⁊ de electio.ne pro defectu.q̄ in eisdem contraheretur eremodiciũ sicut secũdum leges cõtrabitur.C. de indi.properãdum.§.j.⁊.§.si autẽ. Exceptis casibus notatis ibidem in glo. ordinaria: q̄q̄ contrarium sit scdm ius canonicũ vt extra de iudi.venerabilis.⁊ de dolo.⁊ contu.venerabilis ⁊ q̄ deputarentur in singulis curijs iudices,aduocati,procuratores,⁊ tabelliones,gratis sua officia exequentes et exercẽtes in causis miserabilium personarum.

¶ Rubrica.xxxij. De multis capitulis ad vitam,honestatem, conuersionẽ, habitũ, regulam ⁊ mores clericorum pertinentibus,secundum diuersos status ⁊ gradus eorũ: qđ esset decens ⁊ honestũ ac vtile obseruari cũ ex cõtrario tot⁹ fere ordo eccl'iastic⁹ cõfundat ⁊ etiã corrũpat. Et specificantur multa q̄ ptinẽt ad officium diaconorum,presbyterorum,⁊ etiam episcoporum.


Tem cum in decimotertio capitulo dicti tertij concilij Carthaginẽ.fuerit cõstitutũ vt filij sacerdotũ vł clericorũ spectacula secularia nõ exerceant,nec eis intersint et in.v.ca.concilij Arelaten͂.c.lix. Et in Agathen͂.concilio fuerit statutum qđ presbyteri ⁊ alij qui ducendi vxores licẽtiam nõ habuerint alienarũ nuptiarũ euitent cõuiuia. Nec illis cetib⁹ immisceãtur vbi amatoria cantantur et turpia: aut obsceni motus corporũ,coreis exultationibus efferunt: ne auditus ⁊ obtutus sacris ministerijs deputati, turpiũ spectaculorum atq̄ verborum cõtagione polluãtur.xxxiij.dist.presbyteri. Et in concilio Laodicen͂.fuerit constitutũ qđ clerici et ministri altaris,spectaculis aut nuptijs non intersint: ⁊ de conse.di.v.nõ oportet. Et Ysidorus de vita clericorũ scribat,qđ dicti clerici a vulgari vita seclusi, a mundi voluptatib⁹ se abstineãt vt nõ spectaculis,nõ pompis intersint:et quod conuiuia publica fugiant. Priuata autem sobria colant, vsuris nequaq̄ incumbant, neq̄ turpium occupationibus lucrorum: Non fraudibus cuiusq̄ studione apetãt amorem procurare. Quasi materiã cunctorum criminum fugiant secularia officia,negotiaq̄ abijciant. honoris gradũ per ambitionem non suscipiant: dolos et cõiurationes caueãt,odium, emulationes,obtrectationes,atq̄ inuidiã fugiãt:nõ vagi in ecclesijs, nõ effreni lingua, aut petulãti:necq̄ tumido gressu vel gestu incedãt. Sed pudorẽ atq̄ verecundiam mẽtis simplici habitu incessuq̄ ostendãt. obscenitates verborum et membrorum sicut ⁊ operũ, penitus execrẽtur: viduarum et virginum frequentationem fugiant: cõtubernia extranearum feminarum nullatenus appetãt. Castimoniã inuiolati corporis perpetuo conseruare studeant. Senioribus debitam prebeant obedientiam: neq̄ vllius iactãtie studio semetipsos attollant: doctrine ⁊ lectionibus psalmis et canticis et eorũ exercitio iugiter incumbant. Tales enĩ esse

esse debēt qui diuinis cultibus se mancipandos student vt sciētie operā dēt: doctrine gratiam populis administrēt xxiij. distictione, his igitur. In concilio etiam Matisconeñ. constitutuz fuerit q dicte persone ecclesiastice plausus et risus iniocundos agere, et fabulas inanes referre, aut cantare nō presumerēt nec turpia ioca ante se fieri paterentur. Nec laruas demonum ante se deferri cō sentirent. Et q in mensis honeste conuersarentur, et sobrie biberent et comederent. vt. xliij. distinctione nullus presbyterorum cum duabus paleis sequētibus positis pro capitulis, de consecratione distinctione. v. quando. In cōcilio etiam Laodiceñ. et Martini Pape fuerit constitutum q symbola et cōmensalia siue conuiuia in quibus dicta simbola fuerint nō exercerēt et q tabernas excepta causa necessitatis non itrarent. Et in. vj. Sinodo fuerit constitutum q in dictis tabernis alijs non ministrarent, nec tabernas tenerent: et si non cessarent q deponerentur. xliij. distin. non oportet. j. et. ij. c. null⁹. etc. Et in concilio Toletano fuerit constitutum qd loco fabularum que mensis frequenter interponuntur non necessarie, coram eis ad edificationem animarum sacra lectio legeretur. ea. distinctione pro reueren. de cōsecratio. distinctio. v. in omnibus. Cum autem ista et alia extra de vita et hone. cleri. et in alijs diuersis iuribus tradita de conuersatione vita et honestate clericorum et aliarum personarū ecclesiasticarum non seruentur et ex hoc vituperetur ministeriū nostrum et ecclesie contemptus habeatur est verum ßm Grego. Si cuius vita despicitur eius predicatio contemnat. iij. q. vij. §. Itez in euāgelio. videretur esse vtile vt circa dictam reformationez, et regulationem vite et honestatis morum, et conuersationis personarum ecclesiasticarum prouideretur de remedio competenti. Naz videtur verificari illud euangelicum de scribis et phariseis, qd super cathedrā moysi sedebunt: que dicunt facite: que autē faciunt facere nolite. Matth. xxiij. xxvj. q. vij. Alligāt onera vt ibi dicit. alligant onera grauia et importabilia et imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolūt ea mouere. omnia autem opera faciunt vt videantur ab hominibus. Dilatant em̄ philateria sua et magnificant fimbrias suas. Amāt enī primos recubitus in cenis: et primas cathedras in sinagogis: et salutationes in foro: et vocari ab hominibus rabi. Que quidem verba Christi in Mathe. xxiij. exponit Ioānes chrisostomus in dicto capitulo. alligant. de sacerdotibus et pōtificibus nostri temporis: qui omnē iustitiam populo mandant et ipsi nec modicam seruāt, vt in docendo iusti appareant et iusti in faciēdo non existant. vñ secundum eundem. xl. distinctione in capit. multi sunt sacerdotes et pauci sunt sacerdotes: multi in nomine et pauci in opere. Videte ergo secundum eundem quomodo super cathedram sedeatis: quia nō cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram. Non locus sanctificat hominem, sed homo locum sanctificat. Nō omnis sacerdos sanct⁹ est, sed omnis sanctus est sacerdos. Qui bene sederit super ea honorem accipit cathedre. Ideoq sacerdos malus de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim sedis si quidez bene vixeris et bene docueris, populuz bene instruis. Si bene docueris quomodo viuere debeat, bene autem docendo et male viuendo, deum instruis quomodo te debeat condemnare. Item quicunq desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in celo: nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit: nec vnusquisq eoruz sustinet quomodo maior alijs appareat. Sed quomodo omnibus inferior

videatur quõ nõ qui maior fuerit in honore iter homines ille est iferior, sȝ qui fuerit iustior ille maior est. Hieronymus etiam scribens ad heliodorũ, ait qȝ nõ omnes episcopi sunt episcopi: et quod ecclesiastica dignitas non facit christianum. Et Augustinus. ciuil'.vj. scribit quod nõ omnes qui dicunt pax vobis, quasi columba sunt audiendi: cum columba: nõ sicut coruus: de morte pascatur: sed de frugibus terre viuat: ꝛ Innocens sit victus eius: secũda questione septima non omnes: et capi non omnis.

Sane cũ de dictis clericis fuerint in quarto cõci. Carthaginen. ꝛ. xliiij. vsqȝ ad septuagesimumsecundum capitu. plurima que in diuersis locis sparsa fuerunt, constituta: videlicet vt clericus neqȝ comam nutriat neqȝ barbã: quod nec vestibus, nec calciamentis decorem querat: quod cum extraneis mulierib⁹ habitare non debeat: nec per plateas et andronas nisi certa ꝛ maxima fuerit necessitas officij ambulare: nec ad forum et nundinas nisi aliquid empturus ibi sit ausus ire ꝛ agens contrarium, degradetur. Qȝ etiam si absqȝ corporis sui inequitate vigilijs defuerit stipendio priuatus excommunicetur. ꝛ quod si propter temptationes ab officio declinauerit aut negligẽtius egerit. Et quod quilibet clericus quantumcunqȝ verbo Dei eruditus artificiolo victum et vestitum sibi acquirat: vel quod agriculturam absqȝ officij sui dumtaxat detrimẽto preparet, et quod omnes clerici qui ad operandum validi sunt artificiola et operas addiscant. Quod clericus inuidens fratrum profectibus, non promoueatur: et adulationibus ꝛ maledictionibus, ꝛ perditionibus seruiens, degradetur. Quod litigiosus et discors et curribilis ꝛ verborum turpium ioculator ꝛ inter epulas cantans: et per creaturas iurans: et alijs ieiunantibus non ieiunans, seditionarius, vsurari⁹: et iniuriarum suarum vltor: ꝛ qui publicã egit penitentiam, repellatur a clero. Et de predictis capitulis multa ponuntur quadragesimasexta distinctione. clericus. cum septem capitulis sequentibus ꝛ nonagesimasecunda distinctione clericus. In dicto etiã concilio Carthaginen. quarto, trigesimosexto capitu. ꝛ in vigesimosecundo capitu. concilij Niceni. ꝛ in decimoquinto capitu. secundi concilij Arelatẽsis. et sequentibus, fuit circa diaconos ordinatuȝ quod obediẽtiã presbyteris exhiberẽt: ꝛ quod eis presentibus eucharistiam populo non traderẽt: quod ante eos nõ loquerenť nec sederent: ꝛ qȝ alba induerẽtur tantũmodo tempore oblationis vel lectionis. de quibus multa capitula ponuntur. nonagesimatertia distinctione. §. vt ex premissis auctoritatibus vsqȝ ad §. cõpagis. et capitulis precedentibus et sequentibus. In eodem etiam concilio. xxiij. c. et sequentibus fuit ordinatum qualiter presbyteri suũ exequerenť officium in propria ecclesia ꝛ in aliena. et ꝙ in sedib⁹ honorarenť ab epis intra cameram. Sed quod in ecclesia eps prefer retur in sede: et qȝ crisma omni anno reciperent ab episcopo proprio. De quibus capitulis multa ponũtur. xcv, distinctione presbyteri ꝛ. c. episcopus. ꝛ quasi per totum.

De episcopis autem fuerunt multa ordinata que infra ponuntur in rubrica. xxxviij. de casibus ꝛc. In concilio etiaȝ Arelaten. xvij. ꝛ. xviij. ꝛ. xix. c. fuit statutum quod diaconus sine presbytero et presbyter sine episcopo nihil agerẽt, et qȝ vnus episcopus aliũ nõ cõculcaret. ꝛ in. xviij. c. primi cõcilij Elibertani continetur ꝙ si predicti episcopi presbyteri vel diaconi detẽti fuerint ꝙ sint mecha ti: propter scandalũ ꝛ ꝑpter nefandum crimẽ in fine nõ recipient cõmunioneȝ.

¶ Rubrica

¶ Rubrica. xxxiij. De clericis vt cũ ad pubertatem peruenerint, coniugium aut castitatẽ profiteantur. Ne per eos de bonis ecclesiasticis eruditos post modum ecclesia impugnetur.

Item cum in. xxj. c. predicti iij. cõcilij Carthagineñ. fuerit constitutum ꝙ lectores cum ad annos pubertatis peruenerint, cogantur aut vxores accipere, aut continentiam profiteri. Et dictum concilium sit conforme concilio Toletano. ij. primo. c. in quo statutum fuit ꝙ illi qui a primis infantie eorum annis clericatus officio mancipãtur. Postꝙ. xviij. annum etatis sue complenerint, coram totius cleri ⁊ plebis conspectu requirantur ab episcopo si nubere vel castitatẽ tenere ⁊ seruare volunt: ꝙ si caste viuere elegerint: sub ecclesiastica regula teneantur. Si vero ex tunc contraxerint ꝙ tanꝙ sacrilegi puniantur. xxviij. distin. de his. ⁊ dicta concilia et consimilia iura cũ deliberatione magna fuerunt constituta. et ad hoc forte ne per tales qui promoueri ad sacros ordines non intendunt, consumatur patrimoniũ Jesu Christi, quod pauperibus tantũ debetur: Et subtrahiť illis desiderãtibus promoueri qui inde proficere possent: Videreť vtile cõsyderare an expediret dicta iura seruari ⁊ prouideri, ꝙ illi qui de beneficijs ecclesiasticis aluntur, non possent ex tunc ad nuptias cõuolare. potissime cum plerisꝗ mundi huius partibus a talibus plusꝙ a laicis dei ecclesia impugnetur. et quia si intentionem promouendi non habẽt non videtur ꝙ saluis conscientijs dicta beneficia valeant retinere. Et ꝙ ad restitutionem receptorum fructuum teneãtur. vt extra de elec. cõmissa, lib. vj. vbi etiam dicitur quod illi qui talibus conferunt beneficia promotionem exigentia, quos nõ credunt promoueri, quod propter dictam quam incurrunt offensam sunt obligati ad ecclesiam conseruandam indemnem.

¶ Rubrica. xxxiiij. Ut prime sedis episcopus, princeps sacerdotũ, vel vniuersalis ecclesie nõ appelletur.

Item cum in. xxvj. c. dicti. iij. concilij Carthagineñ. fuerit constitutum vt prime sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum aut summus sacerdos aut aliquid huius. Sed tantũ prime sedis Episcopus et Grego. eulogio Patriarche Alexandrino scribens reprehendat eũ: quia in literis directis ipsi Grego. vocauerat eum Papã vniuersalem: et prohibebat quod hoc de cetero nõ fiat, dicens: quod prelatis subtrahitur quod eidem Pape plusꝙ nõ exigit, prebetur. Et quod ipse non querit prosperari verbis sed moribus: ⁊ qꝺ honorem suum non deputat in quo fratres suos honorem perdere cõsyderat: quia honor suus est honor vniuersalis ecclesie et fratrum suorũ solidus vigor. Tunc ipse honoratus est, cum singulis quibusꝗ honor debitus non negatur. Si autem vniuersalis sedesaliorum prelatorũ eũ dicit, negat se hoc esse, fatẽdo ipsum vniuersum Papam. Quare vult idem Papa quod cessent talia verba, ne vniuersalis vocetur: que verba veritatem infilant: et caritatem vulnerant. nonagesimanona distinctione ecce. ad predicta facit quod admonendi sunt subditi, ne plusꝙ expediat sint subiecti: Sicut idem Gregorius ait, ne cum studẽt plusꝙ necesse est hominibus subijci compellantur eorum vitia venerari. secunda questione septima. admonendi. Ceterũ namꝗ est quod illud quod vni attribuitur alij subtrahitur. sicut probari potest. xlv. distin. disciplina. lxxv. dist. archidiaconum. extra de rescri

ptis olim.in fine.ff.de iudi.cum pretor. Et facit.C.de caducis tollen.l.j.§.vlti. C.de nup.imperialis.in principio. Ad idem etiam facit. Nam beatus clemẽs ⁊ alij romani pontifices etiam hacten⁹ scribendo epis preferebant eos sibi sicut apparet in epistola.iiij.Clemen.xij. q.j.dilectissimis.⁊ in epistola Damasi pape ad Eusebium Carthagineñ. episcopum, ⁊ in epistola Euaristi pape directa fratrib⁹ vniuersis epis Aphrice regionis. Et in epl'a Alexãdri pape directa oib⁹ epis p diuersas regiones ꝯstitutis. Et in epl'a Sixti pape q se vocabat similiter romane vrbis archiepiscopū directa omnib⁹ episcopis: ⁊ in epistola Thabesfori pape, qui se similiter vocabat romane vrbis archiepiscopum directa fratribus charissimis⁊ dilectissimis episcopis. Et in epistola Pij pape qui se sil'r dicebat ap'lice sedis archiepꝫ directa oibus ecclesijs in eadẽ in qua sum⁹ fide ⁊ doctrina manentibus, ⁊ in epistola Soceri pape directa dilectissimis fratribus episcopis per Italie prouincias constitutis, et in epistola Zepherini vrbis romane archiepiscopi directa fratribus carissimis militantibus per egyptũ. Et i epl'a Calixti pape directa charissimis atq₃ dilectissimis fratribus p Decisse atq₃ Tolctane prouincias constitutis, in epistola Fabiani pape directa dilectissimis vbiq₃ catholice ecclesie cõministris. Et in epistola eiusdẽ directa Hilario episcopo. Et in epistola cornelij pape directa charissimis atq₃ dilectissimis sancte dei ecclesie filijs. Et in epistola Lucij pape, directa dilectissimis fratribus omnibus episcopis in ptibus occidentalibus tam in Galijs ꝙ Hispanijs consistentibus, Et in litera Stephani pape directa Hylario episcopo. Et in litera Sixti pape directa dilectissimis fratribus per Hispaniorum prouincias constitutis. Et in litera Felicis pape directa paterno episcopo. et etiam Berengario episcopo, Et in litera Antbisiani pape directa episcopis per Beticam prouinciam constitutis. et in litera Gaij pape directa Felici episcopo. Et in literis marcelli pape directis episcopis per orientales et Antiochenas prouincias constitutis. Et in literis Sicebij pape directis episcopis per Gallicanas prouincias et per campaniam prouinciam et Tusciam constitutis. Et in literis Melchiadis pape directis benedicto et laurentio, et ceteris episcopis Hispaniarum prouinciarum. Ex quibus omnibus videret mo dus assumendus quod sic romana inscribendo honoraretur ecclesia, et quod alijs honor debitus nullus negaretur.

¶ Rubrica trigesimaquinta. Ut nulli in ecclesijs conuiuentur, nec placita teneantur in eis, ⁊ ꝙ confratrie in q⁹bus tam clerici quam laici se ingurgitant, tollerẽtur: sed daretur paupibus quod expenderetur in eisdem.

Item cum in trigesimoscdo capitulo pfati ꝯcilij Carthaginensis fuerit constitutum quod nulli episcopi vel clerici in ecclesijs conuiuentur nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur, ⁊ quod populi etiam ab huiusmodi conuiuijs quãtum fieri potest prohibeantur. quadragesimasecunda distinctione. nulli. Et idem etiam pħibetur in concilio Laodicensi. Et idẽ habetur ex dictis beati Augustini et benedicti. eadem distinc. non oportet.j. et illis paleis signatis p capitulis oratorium, et in oratorio, ⁊ placita in eis teneri non debeant, vt in generali concilio per Grego. celebrato, extra de immunitate ecclesie. decet. nec confabulationes: nec negotiationes fieri sicut multipliciter probatur ibidem et quo ad ecclesias et cemiteria eorundem, sed pena spiritualis quo ad contrarium attemptantes non imponatur ibidem.

fꝫ cõuiuentur

sed comminetur quo adhuc dumtaxat quod processus et sententie in dictis locis habiti et habite careant firmitate. Et predicta iura et cōcilia diuinis et humanis legibus cōformia in plerisque mundi partibus non seruentur, Videretur vtile quod sup eorū obseruatiōe prouisio haberetur. videretur īsup vtile quod confratrie in quibus tam clerici quam laici se ingurgitant et cōmessationibus et ebrietati et in multis diuersis tractatibus contra eorū superiores vacāt, reprobarentur. Et quod illud quod in eis expenditur pauperibus distribueretur vel expenderetur ad honorē illorum sanctorum pro quorum veneratione cōfratrie dicuntur supradicte. Nec cōtrariatur concilium Gangreñ. xxx. dist. si quis per superbiam. et. xlij. distinctio si quis despicit. quia loquuntur cum quis per superbiam despicit congregationes que fiunt in basilicis sanctorum vel cōuiuia que pauperibus largiuntur: que intra ecclesias fieri non debent nec ministri altaris partes a talibus confratribus recipere debent. xlij. dist. nō oportet primo et secūdo. et. c. nulli.

Rubrica. xxxvj. vt penitentibus iuxta peccatorum suorum modū penitentia imponatur. et quod canones penitentiales ab omnibus obseruentur.

Item cum in. xxxiij. c. predicti concilij Cartagineñ. fuerit constitutum vt penitentibus secundum differentiam peccatorum Episcopi arbitrio penitentie tempora decernantur. quod. c. ponitur xxvj. q. vij. penitentibus et idem habeatur ea. q. in. c. precedentibus et subsequentibus. et de peniten. distin. ij. et. c. facta. et de penitē. distin. v. c. j. cum sequentibus. Et predicta iura et consimilia vt in ipsis iuribus. de peniten. dist. j. mensurā. ac in alijs notatur, Intelligantur cum pena non est expressa a iure: quia aliter sm Grego. falsas penitentias dicimus que non scdm auctoritatē sanctorum patrū pro qualitate criminis imponūtur. de peniten. distinctione. v. falsas et facit extra de offi. delega. de causis, cum eius concor. Videretur vtile quod canones penitentiales quos sm beatū Augu. omnes sacerdotes scire debēt: et si ignorent, sacerdotū nomen vix habere nō merētur. xxxviij. distin. que ipsis sacerdotibus in vnum redigerent volumen, cuius copia et notitia ex necessitate ab omnibus curatis et alijs confessiones audientibus haberetur et sciretur. Ad hunc finē vt causa debita penas ibi constitutas aggrauare mitigare et commutare valeant. vt. l. distinctio. de his vero. et. c. de his clericis. xxxiij. distinc. fraternitatis. nihilominus tamē innotesceret peccatoribus cōfitentibus dictas penas vt penitētias fuisse Spiritussancti instinctu a sanctis patribus et cōcilijs constitutas. xvj. distinctione. habeo librum. xx. distinc. §. ibi plurimi autem tractatorum sicut pleniori gratia spiritus sancti, Ita amplioris sciētia alijs precellētes rationi magis adhesisse probentur. Ex hoc nempe sequitur quod Hieronymus pbat, quod nullus confitentiū cui pena indiceretur canonis pro crimine determinata dubitaret peccatū suum sceleratius esse cōmissum quod videretur fuisse grauius vindicatū xxiiij. q. j. non afferamus. Nam et lex ciuilis dicit quod maiora delicta maioribus penis, minora vero delicta minoribus penis sunt puniēda. Et in delicto equali proximas esse penas. in aut. vt fratrum filij. colla. ix. xl. distinc. homo xpianus.

Rubrica. xxxvij. De acqsitis ab his qui ecclesiasticum obtinent gradum vt ecclesijs conferantur.

Item cum in. lj. et penultimo cap. prefati conci. Agatheñ. fuerit constitutum quod episcopi, presbyteri, diaconi et quicunque clerici qui nihil habētes

ordinantur et tempore episcopatus vel clericatus sui, agros et quecunq; predia nomine suo comparant tanq; rerũ dominicarum inuasionis crimine teneantur, nisi admoniti ecclesie eadem ipsa cõtulerint. Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alicuius vel successione cognationis euenerit faciãt ide q; eorũ proposito congruerit. Quo si a suo proposito retrorsum exorbitauerint, honore ecclesiastico indigni tanq; reprobi iudicẽtur. ¶ Et cũ predictũ cõcilium positum .xii.q.ii.placuit, consone cõcilio Thole.e.q. quicunq; et ea.causa.et.q.iiii.sacerdotes et concilijs Bracharen. et Magũtinen. ea.q.quicunq; et capi.presbyter.et conci. Agathen.liij.et.liiij.c.martini Pape et canonibus apostolorum.e.causa.et.q.i.episcopi de rebus.et.c.manifesta.et.c.si manifeste.et iura consimilia nõ seruentur: nec fiat inuentariũ a dictis episcopis in eorum promotione scdm doctrinã Pape Pelagij traditã.xxviij.disti.de syracusane, videt pensandũ an expediret iura huiusmodi obseruare et in.v.c.ij.concilij Toleta. In quarto aũt.c.ix.cõcilij Toleta. cõtinetur q; de cõquesitis per presbyterũ fiat equalis diuiso iter ecclesiam et eius heredes qui tamẽ nihil possunt absq; voluntate de bonis mortui episcopi vsurpare: vt in.ix.c.eiusdẽ cõcilij, potest tamen idẽ episcopus tertiam ecclesiasticarum rerum sibi cum voluerit conferre sicut in.vj.c.dicti concilij continetur. Prouidendũ esset insuper q; dicte persone ecclesiastice nõ ditarent nec exaltarent, nec nobilitarent parentes suos de bonis ecclesiasticis: et q̃ facta in cõtrariũ vt melius possent corrigerent.

¶ Rubrica.xxxviij. De aliquibus episcopos et prelatos contingentibus: que principaliter per omnia nõ obseruãtur. et de statu et excessibus eorundem. et vt pauperibus scholaribus in scholis prouideatur. Et q; prelati et alie psone ecclesiastice sicut iura precipiunt de iuribus et rebus ecclesiasticis spiritualibus nihil disponere in iudicio laicorum presumant: nec propter eorum prohibitionem ecclesiasticam dimitterent iustitiã exercere. Et q; excõmunicationis sententia non fulminetur superflue: victus et vestitus familie eorum prouideatur.



Item cum constitutum fuerit in.iij.concilij Cartaginen. capitulis.xiiij.xv.et seqnẽtibus q; episcopus vilem supellectilem et mensam ac victum pauperem habeat et dignitatis sue auctoritatem fidei et vite meritis querat.et q; hospitiolum non longe ab ecclesia habeat et que capitula ponuntur.xlj.di.episcopus.et in.xvj.capi.eiusdem concilij continea q; episcopus indigentium curã per presbyteros et diacones agat.et in.xviij.ca. eiusdem concilij statuatur q; episcopus tuitionem testamentorum nõ suscipiat. et in.xix.q; episcopi pro rebus secularibus non litigent.et in.xx.c.q; episcopus tantum diuinis vacet. Que capitula pro maiori parte.lxxxviij.distin,episcopus. j.et.ij. Et in.xxij.et.in.v.et. vj.lvij.xxxj. xxxij.et.vj.et.v.capitulis eiusdem conci. contineatur q; episcopus sine testimonio clericorum et plebis clericos non instituat: et q; causas clericis psentibus audiat: Et vt quãdo predicat nullus discedat alioquin excõmunicetur. Et quod episcopos discedentes sinodus reconciliet: et q; de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat: et q̃ rebus ecclesie tanq; cõmendatis nõ tanq; proprijs vtatur. Et q; episcopus sedes in aliquo loco stare presbyterũ non patiatur. Et q; licet in ecclesia in cõspectu presbyterorũ sit sublimior intra, domũ collegã se presbyterorũ agnoscat. Que capitula sunt alijs iuribus et concilijs cõsona.xc.distinctione.c.j.et.c. discedentes xcv.distinctione olim.et.c. episcopus.et c.episcopus.j.et.iij.et.vij. q.j.placuit.vt nemini

nemini facultas sit cum. c. precedenti- bus et sequentibus. xv. q. vij. episcop9. nullus causam audiat cum precedenti- bus et subsequētib9. Et cū supradicta in ra non seruentur nec etiam consimilia, videretur super hoc prouidendum et su per consimilibus sicut est. v. cap. v. côci. Cartaginen. in quo statutum est vt nul li episcopo sit facultas, relicta principa li cathedra ad aliquam ecclesiaz in dio ce. constitutam se côferre, vel in re pro- pria diutius q̄ oporteat constitutū cu- ram vel frequētationē proprie cathedre negligere. vij. q. j. placuit. j. In quo etiā côcordat Nicenū concilium, in quo pro hibetur dictis episcopis et reliquis cle- ricis migrare de ciuitate in ciuitatem. Et Grego. qui statuit q̄ in monasterio deputaretur episcopus, qui in ecclesia sua residere contemnit. vij. q. j. nō opor- tet. et c. peruenit. et sicut est ꝯciliū Carta ginen. iij. et xxij. c. in quo statutum est q̄ plebes alienas non vsurpent. ij. q. j. pla- cuit. scdo. Et. xxiij. c. eiusdem concilij: vt alienos clericos non auderent retine- re vel etiam ordinare. lxxj. distinctione. de aliena, cum. c. precedentibus et subse quentibus. Et capitulum. xxx. eiusdem concilij, vt sine licentia metropolitani longe non proficiscantur. et. xlviij. vt fa- cti episcopi solū illaz dioce. retineāt ad quam fuerūt ordinati. Et sicut est illud concilij Agatheñ. vij. q. j. si quis in cle- ro. vt. s. diebus solennibus natiuitatis domini, Epiphanie, Pasche et Pēthe costes ipsi episcopi et alij de clero ab ec- clesia non absentent: et quod dictis die- bus extra parrochiales ecclesias misse in oratorijs priuatis cū altari portatili non dicantur. de consecratione distin- ctione prima si quis etiam extra. Et si- cut est illud Anacleti Pape de conse- cratione distinctiōe prima: episcopus deo sacrificans testem secum habeat. In solennibus quippe diebus aut se- ptem aut quinq̄ aut tres diaconos sub diaconos et reliquos ministros et sacer dotes secū habeat. Et illud Luccij Pa pe eadem distinctione inhibemus. q. in omni loco episcopū nō deserant duo presbyteri et tres diaconi propter eccle siasticū testimoniuz. et sicut est illud Gre go. in generali sinodo secunda questio- ne septima, Cum pastoris vita in exem plum debeat esse discipulis, plerunq̄ clerici qualis in secreto sit vita sui pon- tificis, nesciunt: quam tamē seculares pueri et seruientes sciūt. de qua re pre senti decreto ꝯstituimus, vt quidā ex cle ricis vel etiā ex monachis electi in mi- nisterio cubiculi pontificali obsequan- tur: vt is qui in loco regiminis est, et ta- les habeat testes qui veram eius in se creto conuersationem videant, et ex sedula visione exemplum profectus su- mant. Et idem Virgilio Epo, eadem questione peruenit. quod episcopi suos et dissolutos in sua societate non reti- neant. Et illud Paschalis Pape, ea- dem questione prima capitulo vltimo. quod ipsi episcopi lectioni et orationi vacarent: et in hoc Moysem et Aaron imitentur. trigesimasexta distinctio- ne si quis. Et illud quod illi episcopi qui impotentes sunt sibi petant coad- iutores dari. septima questione prima petisti. et capitulo quia. et decimaquinta questione sexta alius: et illud Gelasij Pape vigesimatertia questione octaua quo ausu, et sequentibus: quod sine au- ctoritate papali vel concilij prouincia- lis ad comitatus regales nō accedant. non enim in episcopos inungantur ni si vt procuratores animarum et distri- butores spiritualium existant. vndeci- ma questione prima. §. ex bis omnibus. et vt docti alios doceant. octuagesima sexta distinctione per totuz et vt viduis et orphanis et oppressis eorum presi- dium implorantibus suum patrocinij largiantur. octuagesimaseptima distin ctione, per totuz: et vt in eis vita et doctri

na concordent, et lectioni orationi et predicationi vacent. xliij. dist. §. j. lxxxvj. distinc. fratrem. et. lxxxviij. dist. episcopus nullam. Et ut vigilanter et sollicite populos sibi creditos regant. ea. distin. rationis. vij. q. j. suggestum, et duobus. c. seq. Et ut res ecclesiasticas habeāt, regāt nō ad dissipandū sz ad dispēsandū. xij. q. j. episcopus. et. c. expedit. et. c. res ecclesiastice cum duobus sequentibus, et de eis hospitales existant. xlix. distin. §. hospitalium: et de ipsis rebus ecclesie primū sibi, postea ministris et demū alijs fidelibus provideant. xij. q. j. nulli episcoporum, et qꝫ eas in suam aut suorum proprietatem non convertant. xij. q. j. episcopus. et. c. res ecclesiastice. et in. vij. c. concilij Agatheñ. qꝫ de ipsis rebus ecclesiasticis et earū dispensatione rationē audiant. x. q. iij. c. j. et qꝫ eas nō alienēt. de bis que fi. a prela. sine consensu capituli novit. Quod ecclesie deteriorem conditionem non faciant. extra de in integ. resti. c. j. qꝫ provideant de personis per quas eorum subditis predicetur. extra de off. ordi. c. inter te. et. c. quoniam. Quod ordinent ut in ecclesijs eorum cathedralibus et baptismalibus sint magistri, qui gratis scholares pauperes doceant: et pro docendi licentia nihil exigant sicut provide fuit constitutum in concilio Lateraneñ. extra de magistris. c. j. Et per Innocen. iij. in concilio generali. eod. titu. qꝫ nōnulli. quequidē statuta esset perqꝫ utile observari et etiam in hoc videretur utile ampliari ut decima pars omnium beneficiorum ecclesiasticorum secularium et regularium assignaretur pauperibus scholaribus, in singulis facultatibus studētibus in studio generali per quos dei posset illuminari ecclesia: qui in ea (prout Dañ. xij. legitur. et eo. tit. super specula) velut splendor fulgerent firmamenti. Ex quibus posset postmodum copia doctorum qui velut stelle in perpetuam eternitatem mansuri ad iustitiaz plurimos erudirent. Et possent de eruditis et nutritꝫ ordinari qui in civitatibus et diocesibus et monasterijs de quorum bonis et beneficijs nutriti et instructi fuissent, domino famularētur: iuxta illa capitula. lxj. distin. nullus. et. c. enutritis. lxx. dist. clericos, et prout plenius dictum est. s. in. xv. rub. huius secunde partis.

¶ De excessibus prelatorum.

Sane cum dicti episcopi et prelati sint in loco apostolorum ut. lxxij. distin. quorum vices. et. xxj. distin. in novo, reprehēduntur a Hieronymo non solum si sermones eorum non imitātur sed ēt conversationē et abstinētiā. xxxv. dist. eccle. Unde deberent curare qꝫ in eis non essent illi defectus de quibus dictum est supra in. xxxij. rubrica huius secūde partis. Et qꝫ precaverent sibi ne eorum subditos tallijs et aggravationibus aggravarēt: et ne per parochias ecclesias suas crudeliter desevirent, et ne rectores in procurationibus gravarent: ne victum longi temporis brevis hora consumat. sicut habetur ex concilio Lateraneñ. extra de censi. cum apostolus. x. q. iij. quia cognovimus cum quatuor. c. sequentibus. xviij. dist. quoniam quidem. de censibus ea que. de privilegijs cum ad quorundaz. de immuni. eccle. quia plerique. manus namque suas deberēt servare innoxias: nullumque lucrum contingere. in auten. de manda. princi. §. j. colla. iij. de collatoribus. §. quoque colla. ix. C. de superindicto. l. j. lib. x. ff. de dam. infect. ex damni. Cavere etiā sibi deberent ne excōmunicatiōis suspensiōis et interdicti sententias iniuste et iuris ordine nō servato, et sine causa legitima vel ex odij fomite proferant. de excessib. prela. c. j. de appellatio. reprehensibilis. de accusati. qualiter. ij. §. j. ad finem. ij. q. j. nemo. xj. q. iij. §. si ergo. et. §. cum ergo. et. c. nemo quorum et sequenti. Ubi inter cetera cō

tinetur

De [illegible]

tinetur q ex leui causa non deberēt huiusmodi sententias fulminare: nec etiā ex iniusta, cum hoc parum referat vtrum iusta causa sit vel iniusta. ff. de autorita. tuto. nulla differentia. que tamen male seruantur in ecclesia dei, cum pro sex denarijs in multis partibus dicte sententie proferantur. ¶ Insup prouideri deberet cū dicta sententia sit mucro episcopalis qui sepius hebetatur vel frangitur. cum de eo passim & indistincte percutitur. xvj. q. ij. visis. & sit talis pena dicta excommunicatio qua nulla maior est in ecclesia. sicut ait Augustin⁹. xxiiij. q. iij. corripiantur. Unde cum pena debeat ꝓportionari delicto. xxiiij. q. iij. nō afferamus. in fin. nec sit excommunicandus quis nisi p mortali peccato: cū anathema sit eterne mortis damnatio, nec sit infligenda nisi illis qui aliter corrigi non possunt sicut habetur in concilio Melden. et in dicto capitu. nemo episcoporum: nullus sacerdotum quenq̄ hominem recte fidei pro paruis et leuibus causis excōmunicare habeat. sicut dicitur in concilio Agathen. c. iij. & in cōcilio Aluernen. xj. q. iij. episcopi. et cap. nullus sacerdotum, quod minime obseruatur in romana ecclesia: in qua & a cur⁹ delegatis contra prelatos et alios pro minimo sententie fulminantur, contra decretalem illam Alexandri. iiij. de officio deleg. quia pontificali. & hoc non iniuste dei iudicio: vt in quo ipsi prelati & eorum curie delinquunt et hoc etiā puniātur. xiij. q. j. §. his. j. q. j. §. ex his. vt q stulti sunt in culpa sapientes efficiātur in pena. sm dictum Grego. in moral. xxxviij. distin. qui ea. Item debent sibi cauere dicti prelati ne nimium rigidi vel nimium remissi existant. xl. distin. disciplina. nec sine cōpassione puniant. xlvj. dist. hz hoc. & ne propter predicationem superbiant, vt ibidem, nec indignos promoueant. xxiij. distin. tales. xlix. distin. per totum. lx. di. lxj. di. per totū. item ne exquirant nimis delicata cibaria. xij. q. ij. Gloria epi. xxxv. disti. ecclesie. nā venter cui coquorum multitudo deseruit, edificia virtutum ad solum redigit. & venter mero estuans, cito despumat in libidinem, sicut Hieronymus ait. xxxv. di. venter. xliiij. di. §. j. Unde videretur qd circa superfluitatem cibariorum & etiam circa superfluitatem ornamentorum et vestium ac familiarum, prouideri haberet. ita vt nec sordidis, nec nimijs ac fulgidis vestibus se ornarent, vt enim ait Hieronymus. nec affectate sordes, nec exquisite delicie laudem pariunt: quod tam de vestimentis q̄ de cibis intelligēdum est, sicut plene probatur. xlj. distin. §. j. cum. c. sequentibus. & xxj. q. iiij. per totum. nam qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt: vt ea. q. c. j. vnde dicti episcopi et prelati nō deberent incedere sine rochetis nec ipsi & p̄sbyteri sine vestibus eorum ordinibus congruētibus. ea. q. nullus. cum tribus. c. sequē. Item debent sibi cauere dicti p̄lati, ne redditus diminuant subditorum, nec decurtent p̄uilegia eorundem. de p̄uile. c. j. & c. ad hec. ne sede vacante. c. j. de excessi. p̄lato. dilecti. & c. sane. Ad hanc rubricam de episcopis faciunt et adduci possunt illa que posita sunt supra i prima rubrica. & in. iij. & in. iiij. p̄me partis. et in multis rubricis huius secūde partis, scilicet i. j. ij. iij. vij. viij. xj. xiij. xv. xvj. xvij. xviij. xx. xxij. xxiij. xxiiij. xxvij. xxviij. xxix. xxx. xxxiij. xxxv. & xxxvij. Que possunt ad ea que tangunt prelatos & episcopos & que in eis correctione et reformatione indigent, adaptari. Ad predictorum etiam episcoporum officium ptinet, vt pauperibus & infirmis qui debilitate faciente, nō possunt suis manibus laborare, victum et vestitum inquātum possibilitas habuerit, largiantur. sicut habetur in. xij. capi. concilij Aurelianensis. et quod de his que oblatione fidelium in altario conferuntur, medie-

tatem sibi vendicent, et medietatem clero dispensent. Et quod de his que parochijs et alijs offeruntur seruent antiquos canones et quod in eorum remaneant potestatem sicut in .x. et .xj. c. dicti concilij Aurelianensis continetur. Et quod diebus dominicis nisi infirmitate impediti ecclesijs quibus proximi fuerint, deesse non debeant: sicut in vlt. c. dicti concilij continetur. et de conse. dis. iij. episcopus si infirmitate. Et cum predictis concordant etiam alia concilia et iura. x. q. j. et j. q. ij. et iij. et xij. q. j. et in multis cap. que hodie non seruantur. sicut est. iiij. c. xviij. c. et vij. concilij Toletani positis .x. q. iij. inter cetera. vbi excommunicationes episcopis Gallie, de quibus specialiter conquerebantur subditi propter rapacitatem eorum, prohibentur. Contra omnes autem se ingurgitantes inuehitur disputatio septimi concilij Toletani. In concilio autem Aurelianensi statuitur quod episcopus si infirmitate non fuerit impeditus ecclesie cui proximus fuerit die dominico deesse non debet. et ponitur dictum capi. de consecra. distin. iij. episcopus. Secundum etiam quartum concilium Carthaginense. episcopus vilem supellectilem et mensam et victum pauperem: et hospitiolum non longe ab ecclesia habere debet: et dignitatis sue autoritatem fidei et vite meritis querere .xlj. distin. episcopus. Verum cum in regno Sicilie et in multis alijs mundi partibus sint episcopi adeo pauperes quod vix vnum equum et vnum seruitorem secum tenere possint et ex hoc vilescat apud vulgus conditio eorundem, videretur super hoc prouidendum: Cum etiam in multis diocesibus sint alique ecclesie et alij qui prioratus temporalium iurisditionem habentes quam per seipsos regere et defensare non possunt, et sic in ecclesiasticum preiudicium deperit et ad potestatem deuenit laicorum ecclesie oppido infestorum, videtur super hoc prouidendum quod prelati et alie personae sicut iura precipiunt, de iuribus et rebus ecclesiasticis spiritualibus nihil disponere in iudicio laicorum, nec propter eorum prohibitionem ecclesiasticam dimitterent iustitiam exercere secundum synodum Eugenij pape. de iudicijs. decernimus.

¶ Rubrica .xxxix. De oblationibus discordantium et opprimentium pauperes et aliquorum aliorum non recipiendis in ecclesia.



Item cum in .xciij. et .xciiij. capitu. dicti concilij Carthaginensis positis .xc. distinct. contineatur quod oblationes desendentium fratrum neque in sacrario neque in gazophilacio recipiantur. Et quod consimiliter dona eorum qui pauperes opprimunt a sacerdotibus refutentur. Et idem statuat Nicolaus papa de respuendis oblationibus sacrilegorum et inuasoribus, et depredatoribus rerum ecclesiasticarum .xij. questione .ij. de viro. Et idem scribat Augustin. in .j. epistola ad Bonifacium. c. j. de illo qui per violentiam extraxit de ecclesia seruum suum, qui confugerat ad eandem. xvij. questio. iiij. minori. Et idem scribat dictus Augusti. ad Macedonium de officialibus qui contra ius societatis humane furtis, rapinis calumnijs, inuasionibus et oppressionibus aliqua abstulerint que Zachei publicani exemplo reddenda sunt potius quam donanda. xiiij. q. v. non sane. in fine. Et idem dicatur per predictum Augustinum de electionibus non faciendis ex fauore vel vsuris, nec ex quolibet male acquisito: vt de alea, ludo, de histrionatu, de symonia, de meretricio raptu et consimilibus: vt. xiiij. questione .v. c. j. cum sequentibus, et .j. questione .j. non putanda. extra de raptoribus super eo. de vsuris quia in omnibus. de consecra. distin. iiij. eos. et dicta iura et alia in glossis in dictis locis positis signata non seruentur

nentur, et hoc auaricie et turpi lucro ascribatur, Et exinde honestas ecclesie deformetur, videretur esse super hoc prouidendum verissime, potissime cum a religiosis de ordine paupertatis frequenter vsurariorum funera pre ceteris honorentur.

¶ Rubrica.xl. De defensorib⁹ ecclesiarum a principibus postulandis.

ITem cum in.x.capi.iiij. concilij Carthaginēsis fuerit cōstitutum vt ab imperatoribus postulentur defensores ecclesijs per quos ecclesia defensetur. cum prouisione episcoporum aduersus potentias diuitum, a quibus quidez diuitibus ipsa ecclesia et pauperes: quorum defensio ad ecclesiam pertinet affliguntur. Et istud sit satis cōsonum alijs iuribus: vt.x.di.si in adiutoriū. cū beatus apl's (vt ibidē habet) ꝛ Actuū.xxij. aduersus iniuriosos auxiliū imperiale innocauerit. Et impatores reges, ꝛ pn̄cipes a deo fuerint constituti vt ipsam ecclesiam eiusqꝫ ministros debeant defensare.xxiij.q.v.principes, ꝛ.c.regū.et c.administratores.ꝛ.q.iij.c.nimiū sunt inquieti vsqꝫ in finem questionis, et dicti defensores essent modernis temporibus ecclesijs et personis ecclesiasticis perquā necessarij quia indebite ab eis et ab alijs pluribus affliguntur. videretur pronidendum si esset vtile huiusmodi defensores ab vniuersis principibus per ecclesiam postulari. Cuz persone ecclesiastice ex quadaz necessitate habeāt hodie plus ceteris in curijs principum litigare. Idem etiam fuit statutum in xvj.c.cōci. Milleuitani vt.s.p causis ecclesiaꝝ ꝛ aduocati a principe postulent.

¶ Rubrica.xlj. De cōsecratione ꝛ congregatione concilij generalis.

ITem cum in. viij.c. concilij Milleuitani sub impatoribus Archadio ꝛ Honorio celebrati, fuerit ɔstitutū ꝙ cause ecclesiastice que communes non sunt toti ecclesie Affricane in suis ꝓuincijs iudicētur, ꝛ ꝙ illis qui cōes sunt generalis synodus cōuocetur. Videtur vtile ꝙ predictum ɔcilium ꝑ romanam ecclesiam seruaret qncunqꝫ iura ɔdenda sunt, cuz dicta iura ꝑ tangētibus coēm vtilitatē sint edenda.iiij.di.§.j.ꝛ.c.facte ꝛ.c.erit. Et ꝙ idem seruaretur quandocunqꝫ aliquid esset ordinādū de tangētibus cōem statum ecclesie vel ius nouū cōdendum. Cum illud quod oēs tāgit ab omnibus approbari debeat. lxv.di. c.j.ij.ꝛ.iij.lxvj.di.c.j. Sane in secūdo cōcilio Arelateñ.c.xviij. ɔtinet ꝙ ad arelatensis epi arbitrium synodus est ɔgreganda. Ad quam vrbem ex omnib⁹ mūdi partibus sub sancti Martini tēpore legimus ɔciliū celebratū fuisse. Verūtamen.xvij.di.§.j.cum capitulis sequentibus Marcellus, Julius, Damasus, Gregorius, Pelagius ꝛ Symachus pape scribunt hec ad romanam ecclesiam pertinere.

¶ Rub.xlij. De p̄sidib⁹ rei publice, vt sine licentia epoꝝ nō communicent.

Item cum in.xxxvj.c. predicti concilij Elibertani fuerit cōstitutū, picturas esse in ecclesia non debere, ne qd colit aut adorat in parietibus depingat. Et q p multa natōes dicte picture et imagines ridiculose putēt. Et spāliter pter multas diuersitates figurarum et mēdaciorū que reperiūtur in eis, a Greg. aūt et in vij. synodo et etiā ab Adriano papa approbent: q3 qd legētibus scriptura, hoc idiotis cernētibus pstat pictura. de cōse. di. iij. platū.et.c.venerabiles.et.c.sextā. Videret vtile q p ordinarios et rectores locorū oēs imagies deformes et i qbus vitate rei geste deuiat delerētur. Nā quēadmodu3 si ad scripturas sacras admissa fuerint iofficiosa mēdacia, nihil i eis remanet autoritatis et pōderis, sicut ait Aug. in.j.epl'a ad Hiero.ix.di.si ad sacras, et sicut testis (fm Ambro.in lib.de padiso) dū ad seriē gestorum que pure et simplr referre debet aliqd ex suo adijcit totam testimonij fidē partis mēdacio decolorat, quare phibet q nihil quibusuis bonū videat vltra seriē rei geste adijciat.iij. q.ix. pura. Et fm Aug.i li.de mēdacio.ad sempiternā salutē, nullus deducēdus sit opitulante mēdacio.xxij.q.ij.pmū.xx.q.iij. constituit.xiiij.di.quod ait.xiiij.q.v.deniq3.xj.q.iij.si qs vo. Sic cum dicte picture et imagines loco scripture et testimonij habeātur vt p eas ad deuotionez et cognitionē gestorum cernētes excitētur. videret q nullus error deberet in eis ab ecclesia tolerari, cum error cui non resistitur pro veritate reputet, sicut Innocentius papa ait.lxxxiij. disti. error, nec aliqd aliud qd pter deformitatem vel alias risui et derisioni et indeuotiōi materiam prestare videret.

¶ Rubrica.lviij. Ne femine in cemiterijs vel ecclesijs puigilēt, et ne in sanctorū solēnitatibus intra ecclias et cemiteria saltationibus et cantilenis populi vacent.

Item cū in.xxxv.c. pdicti cōcilij Elibertani fuerit phibitū ne femine in cemiterio puigilēt, eo q sepe sub obtētu orationis, scelera latēter cōmittūt. Et i.iiij. cōcilio Tole.c.ij.posito de cōse, di. iij.c.j. reprobet irreligiosa cōsuetudo quā vulgus p sanctorum solēnitates agere cōsueuit: populi q debēt diuina officia attēdere saltatōibus turpibus inuigilēt cāti

ca, non solum mala canentes sed et religiosorum officiis perstrepunt: hoc enim vt ab omnibus prouinciis depellatur. sacerdotum et iudicum a concilio sancto cure committitur. Et predicta sunt conformia aliis conciliis et iuribus: vt de immuni. eccle. cum ecclesia. et c. ecclesie. et c. decet domum domini. Lex etiam dictat quod non debent gentes ibi immisceri scelestibus vbi de peccatis est venia postulanda. in auten. vt lice. ma. et auie. §. quia vero. colla. viii. Unde cum supradicta iura et concilia non seruentur, et multa peccata carnalia et alia et diuersa scandala in plerisque mundi partibus ex dictis vigiliis subsequantur: Et ex cantibus turpibus et inhonestis, et iocis et confabulationibus inhonestis, aures et corda audientium inquinentur et a deuotione retrahantur et diuina per hoc officia perturbent, Uideretur esse super hoc de salubri remedio prouidendum, cum deceat domum domini sanctitudo et locus eius et cultus sit cum debita veneratione pacificus: et quod sit in eo quieta conuersio, deo grata et spectantibus placida: que considerantes instruat et reficiat, et quod ad sacra solennia deuotis animis et orationibus intendatur. Et cessent confabulationes et alia que oculos possunt offendere diuine maiestatis. sicut Grego. in dicto concilio decet domum domini, attestatur: non enim solum a malo, sed ab omni specie mali precepit apostolus abstinere. de vita et hone. cleri. cum ab omni. et in prima epistola ad Thessalonicen. v. c.

Rubrica. lix. De adulteris clericis et laicis cum manifesti sunt vel notorii, euitandis: et de adulteris puniendis. si istud c. teneretur satis haberet eps.



Item cum in. xlvii. c. dicti concilii Elibertani fuerit constitutum quod si quis fidelis habens vxorem non semel sed sepe fuerit mechatus non detur ei communio: et predictum concilium et alia consimilia: et iura tractantia de dictis adulteris laicis qui grauius puniendi sunt quam adultere, pro eo quod magis ad eos pertinet et virtute vincere: et exemplo regere feminas. sicut Aug. de adulterinis coniugiis attestatur. xxxii. q. vi. indignantur. et c. precedentibus et sequentibus, Uideretur esse vtile ordinare quod omnes notorii vel manifesti per euidentiam facti adulteri et adultere tam clerici quam laici euitarentur in diuinis officiis: vt rubore suffusi facilius ad gremium matris ecclesie reuerterentur: maxime cum clerici de adulterio conuicti sint deponendi, et in monasterio toto vite sue tempore detrudendi, sicut ex. v. concilio Aurelia. habetur. Et sicut per Pelagium papam constitutum fuit: et in canonibus apostolorum et in concilio Aurelianen. lxxxi. dist. si quis clericus. et c. romanus. et c. presbyter. et c. si quis eps. et c. si diaconus. et. lxxxix. dist. presbyter. Nam etiam constitutum fuit a Nicolao papa. et ab alexandro. ii. et a Leone papa quod nullus missam audiat presbyteri quem scit concubinam habere indubitanter vel subintroductam mulierem. xxxii. dist. nullus. et c. preter hoc. de coha. mul. et cle. vnam. xv. q. viii. fere per totum. De dictarum autem mulierum adulterarum pena, multa sunt in conciliis constituta que minime obseruantur. Et ideo aliquando adulterinos partus interimunt: et nec talibus in vita negatur communio quibus non esset in vita concedenda. sicut habetur in. xliii. c. dicti concilii Elibertani. et in. lxviii. et de dictis adulteris. i. eo. con. lxiiii. v. et. ix. lxx. lxxii. de dictis autem presbyteris et diaconibus si post susceptum ordinem filios genuerint habetur in primo. c. i. conci. Toleta. et in. xvii. c. dicti concilii continetur de eo qui vxorem habet, quod non communicet si concubinam habeat. In. vii. autem concilio Toletano. quarta disputatione statuitur

tuitur, q episcopi qui cum mulieribus pollnunt locis suis, ordine z dignitate priuentur. Et in quinta disputatione dicti cōcilij de sacerdotibus z ministris statuitur illud idem. In.iiij.autem cap. concilij Valentini continetur q si diaconi presbyteri vel episcopi mortali crimine dixerint se pollutos, q deponantur: vel ex veteri ɔfessione vel ex mendacio falsitatis. concordat.xxiiij.xxv.ca.in cōcilio Brachareñ.et in.lxxvij.et.vj.capitulis.

¶ Rubrica.lx. Ut hi qui baptizantur. z qui ad confessionem accedūt nihil solnant, z q pro sepulturis nihil recipiat nec pro alijs spiritualibus.

Item cū in.xlviij.c.dicti cōcilij Elibertani fuerit constitutum quod illi qui baptizātur nummos in ecclesia dei nō ponant.sicut hactenus fieri solebat, ne sacerdos quod gratis accepit, pretio distrahere videatur: z dictum concilium z fere omnia iurā tractātia de symonia. sicut tota prima causa z titnli de symonia nō seruētur, Videretur esse de competēti remedio super hoc prouidēdum Nam beneficia in multis partibus p venalitatem obtinentur. Et eodez modo monachorum monialium z aliarū personarum regularium, marinimz feminarum nisi sint de ordine paupertatis religiosus ingressus: summarie etiaz sepulture in multis locis venduntur. Et in alijs p baptismo, penitētia, eucharistia z alijs ecclesiasticis sacramentis pecunia ex quadam pestifera consuetudine recipitur, et leuatur: neq prosunt remedia super hoc constituta pro eo quod multi ex maioribus columnis, et plātis ecclesie in his peccāt. Et ideo quia ab his male agitur facile trahitur a subditis in exemplum. extra de baptismo z eius effectu, maiores. Et dum incuruantur hi qui preeunt ad ferenda onera peccatorum, facile inclinātur sequentes.xxxvij.distinc.§.vt itaq. De talibus nempe potest intelligi illud Grego. Laqueus enim iunenum omnes vos.ij.questi. vij.paulus. ad predicta facit.xx. rubrica in hac secunda parte posita de symonia et exactionibus que in romana curia et alibi a promotis requirūtur. Ad pdicta facit.xiij.questi.ij. questa est nobis Ilerda.cum sequentibus.z.iiij. et iij.c.ij.cōcil.Brachareñ.

¶ Rubrica.lxi. De iudeorum z aliorū infidelium familiaritate z conuersatione euitāda. Et ne publica officia eis cōmittantur: nec seruiant in curijs principum, vt foueant eos farracenos puniant.

Item cum in.l.capitu. predicti concilij Elibertani fuerit constitutuz quod si quis clericus vel alius fidelis cum iudeis cibum sumpserit a communione pellatur, et dictum concilium et alia nō seruentur: quoniam in multis partibus sicut in Hyspania ad dignitates seculares assumuntur contra.l.vltimam.C. de iudeis. Et etiam ad officia et ministeria in quibus possint clericos z personas ecclesiasticas, et ecclesias et christianos grauare. nec in hoc sicut decceret per prouincialia cōcilia prouideatur, de accusatio.sicut olim. nec per episcopos sicut fuit statutum in concilio Toletano quod habetur quinquagesima quarta distinctione. nulla. decimaseptima.questione quarta.ɔstituit.de iudeis cum sit.z.c. ad liberandam. ante sinez.z in.lvij.lxj.lxij.iij.z.iiij.z. v.c.iiij.cō cilij Toletani: Dictis etiaz iudeis multi vendant redditus suos, nec ad dictos redditus leuandos deputent christianum: sicut statutum est ab ecclesia de iudeis.in.c.ex speciali. Sed tales blasphemi christi vim ptātis exercent in hoies

Christianos contra concilium generale de iudeis.in.c.cũ sit.et.c.j.in fi. Dicti etiam iudei ab assidua cõmunione christianorum non abstineant licet hoc fuerit in.iiij. Tole.concilio constitutum ne simplices corrumperẽtur ab eis.xxviij.q.j.sepe.de iudeis.ad hoc. Dicti etiam iudei in multis partibus ad testimoniũ contra Christianos ⁊ ad act⁹ legitimos admittũtur, a quib⁹ eos iura repellunt ij.q.vij.alicui ⁊ de iudeis .c.iudei. christiana etiam mancipia habent ⁊ secum retinent:ꝗ͞ꝗ canonesprohibeãt quod nullus iudeus baptizatum vel baptizari volentem:in suo seruitio audeat retinere.vt de iudeis.c.vltimo.in principio in diebus etiam lamẽtationum ⁊ dñice passionis in multis partib⁹ in publicũ prodeunt. Et in die parasceues ostia ⁊ fenestras clausas non tenent. Quinimo dictis diebus in contumeliam fidei nostre multa illicita agũt cõtra iura.de iudeis.Judeos. ⁊ extra.c.in.c.in nõnullis.§.in dieb⁹ qꝛ dicti ẽt iudei in multis partibus rotaꝫ siue signa non deferunt. Et ideo frequenter iudei christianoꝝ ⁊ xp̄iani iudeoꝝ mulierib⁹ carnaliter cõmiscenť. Et in fide et moribus corrumpuntur qđ est contra iura. xxviij.q.j.caue christiane.de iudeis in nõnullis primo responso.vnde in dicto concilio Elibertano.lxxviij.c. statuitur ꝙ si quis fidelis habens vxorem cum iudea vel gẽtili mechatus fuerit a communione arceatur.Debent igitur habitum a Christianis distinctũ deferre. sicut enim habitus nouiciorũ discerni precipitur ab habitu professorũ.de regularibus statuimus:⁊in qualitate vestis discerni debet meretrix a matrona.ff.de iiur.l.j.§.si qs virgines:⁊ miles a priuato.ff.de loca.et condu.si ignorãs:⁊ mulier per longam cernere. xxx. dist. si qua mulier:⁊ clericus a laico.xxiij.distinctione bisigitur. et.c.non liceat.de vita ⁊ honesta. clericorum.Sic etiaꝫ discernere debet vbiqꝫ iudeos predictos. Predicti etiam iudei medicinas christianis prebẽt:et inter ipsos officiuꝫ medicorum exercent: et se frequenter in eisdem eoruꝫ balneis cũ eis balneãt:et cũ eis comedũt cõtra iura.xxviij.q.j. null⁹. ⁊.c.omnes. que.c. sunt viij. Sinodi et concilij Agathẽn. In multis etiam partibus per ipsos iudeos deus blasphematur,nec puniuntur p̄ dños seculares sicut iura p̄cipiũt vt in dicto capitu.in nonnullis. §.vltimo ⁊de Blasphemijs cap.vnico.quinimmo dicti principes potissime i Hispania eos ducunt in cubicularios et in pincernas et botellarios:et totius domus eorum administratores retinent: et cibi et potuseisdem dominis administrãtur ab eis. a quibus omnibus excessibus essent tam principes quã ipsi iudei compescendi, Potissime cum p̄ ipsos iudeosreligiosi ad dictos principes veniẽtes,⁊ clerici,⁊ alij Christiani,frequẽter dicuntur turpiter et inhoneste esse delusi. Et idem etiam videtur prouidendũ de Christianis maritimis transfretantibus ⁊ in conuicinio sarracenorum ⁊ aliorum infidelium positis. Nam eedẽ icõueniẽtie sequunť que suprascripta sunt. A iudeis ⁊ a multis falsis christianis fonentur:et arma et alia vetita portant eisdem. Nec seruatur lex que talia facientes decapitari precipit,bonis omnibus publicatis. C.que res expor. non debent.l.ij. Nec seruatur etiam concilium Lateranẽ. secundum quod tales etiam sunt excommunicati ipso iure. et sunt serui capientium: et bonorum omniuꝫ amissione mulctãtur.de sarracenis,ita quorundam. et in taliuꝫ absolutione,quando ad gremium matris ecclesie reuertuntur, non seruatur forma debita et a iure statuta,vt.s.quod lucrati sunt et tantumdem de suo in subsidium terre sancte conferant priusꝙ absolutionisbeneficium mereantur,secundum formam concilij generalis.de iudeis

iudeis et saracenis ad liberandam terram sanctam quia quasi pro nihilo in romana curia et ab alijs quibus per eam conceduntur indulgentie, absoluuntur. quod cedit in perniciem et dispendium terre sancte: et in confusionem et ignominiam fidei orthodoxe et romane ecclesie. et ex hoc fit vt propter impunitatis audaciam fiant (qui nequam fuerant) nequiores et facilitas venie incentiuum eis tribuat delinquendi. de senté. excommu. vt fame. xxiij.q.iiij. est iniusta. ff. de penis. l.j.§. famosos.

¶ Rubrica.lxij. De lusoribus alearũ et taxillorum: et alijs ludis prohibitis.

Item cum in.lxxix.c. dicti cõcilij Elibertani fuerit constitutum quod si quis fidelis ad aleas siue tabulas luserit, quod ab eius communiõe abstineatur: et si abstinuerit et se emendauerit quod post annum recipere possit communionem. Et predictus alearũ ludus et etiam taxillorum et alij ludi prohibiti a concilijs et a romanis pontificibus et iuribus, in conspectu ecclesie et principum, et omnium fidelium ita publice inter christianos fiant ac si eis vti licitũ esset. Et idem fiat et seruetur in sagittarijs et balistarijs quorum ars aduersus christianos et catholicos sub anathemate exerceri prohibetur ab Innocen. ij. extra de sagittarijs. c. vnico, et etiam in torneatoribus, quorum ars in concilio Lateranensi, et ab Innocentio et Eugenio papa ꝓpter animarũ pericula ꝓhibet: Et precipitur quod si quis in dictis torneamentis mortuus fuerit ecclesiastica careat sepultura, vt de torneamẽtis capi.j. Et idem etiam fiat in duellatoribus quorũ monomachia ex decreto Nicolai pape est prohibita. ij. questiõe. v. monomachia. et etiam a lege seculari. C. de gladiatoribus. l. vnica. videretur q̃d esset super his et super consimilibus ꝓuidendum propter animarum periculum: et ne ecclesia videretur talia que ad peccandum incitatiua sunt, et peccatorum occasio tolerare. de episcopis autem presbyteris et diaconibus, alee ludo et ebrietati deseruientibus continetur in canonibus apostolorum q̃ puniantur. xxxv. di. episcop⁹. et in ꝯcilio generali prohibetur quod clerici ad aleas et taxillos non ludant: nec huiusmodi ludis intersint de vita et honesta. cler. c. clerici. ij. ne cleri. vel mona. c. j. Et clericus publicus aleator a promotione repellitur. de excessi. prelato. inter dilectos. et facit in autenti. de sanctissi. episcopis. §. interdicimus. vbi precipitur quod triennio tales a suo ministerio arceantur: huiusmodi enim ludus videtur infamare. Nam ex eo sequitur Ecclesie spretus vsuraq; siue rapina, Scandala vel nuge, blasphemia seu faciẽdi Furti doctrina, violẽtia, crimina falsi Et mortis causa deceptio, perditioq; Tẽporis et desiderium, corruptio. iunges Istis ꝑdictis adulatio vitaq; turpis. Sicut prosequitur Hostiẽ. in summa de excess. prelato. §. j. vers. notãtur.

¶ Rubrica. lxiij. Ne femine coniugate absq; maritorũ nominibus literas mittere vel recipere audeant.

Item cum in vltimo. c. dicti concilij Elibertani fuerit cõstitutum q; femine coniugate fideles absq; maritorum nominibus et sciẽtia, literas recipere nõ audeant nec etiam destinare: Et hoc ꝓpter mala que ex talibus hactenus euenerunt fuerit constitutum, et modernis temporibus non seruetur. Sicut nec de monachis de quibus etiam scribitur q; absq; licentia abbatis literas non recipiant. xx. q. j. nõ dicatis, Videretur laycis forsitan vtile dicta iura renouari, cum propter contrarium vsum ludibrio videantur.

¶ Rubrica.lxiiij. Ut in dñicis et alijs festiuis diebus causar strepit⁹ quiescat ac nūdine et opa illicita et etiā rusticana.

Item cum in.iiij.ca.concilij Terraconeñ. fuerit constitutum q nullus episcoporum aut pr. sorterorum vel clericorum die dominico propositum cuius cunq causę negotiū audeat iudicare, nisi vt deo tantum statuta solēnia peragantur. Et istud, vt dominicis et festiuis diebus cessetur a iudicialibus et etiā ab omni illicito ope et a nūdinis et mercatis. sitq alijs concilijs et iuribus ɔsonum, et propter sanctorum venerationem et animarum pericula que inde insurgunt, et ob dei reuerentiam fuerit introductum: et solēnes ferie appellent: vt extra de fer.c.j.et vl, et in alijs.c. eiusdē ɔci.C. de ferijs.l.oēs.et.l.dies. et pdicta iura et consimilia non seruentur, potissime in regno francie et in alijs: in quibus regnis diebus dominicis et festiuis placitatur. nundine et mercata fiunt: et alia opera rusticana et illicita, videretur esse super hoc prouidēdum: cum plura mala in dictis dominicis et festiuis diebus q in alijs committantur et frequenter se populi exerceāt in ludis turpibus et in amatorijs plausibus, et cātilenis, qđ prohibetur in quarto conci. Toleta. de conse.di.iij.c.j. qnetiā dictis dieb⁹ et quadragesimalibus non deberent ipsi fideles se ab ecclesijs absentare: nec in cubiculorum latibulis habitare, sicut habetur in.ij.c.conciuj Cesaraugustani.

¶ Rubrica.lxv. De clericis in eodem loco degentibus, vt saltē die sabbati in vesperis et die dominica subsequenti insimul conueniant ad diuina.

Item cum in. vij.c. predicti concilij Terraconeñ. fuerit constitutum vt totus clerus eiusdem parochie omnibus dieb⁹ matutinas et vesperas simul celebret, et q die sabbati specialiter conueniant, et in diebus dominicis in omnium presentia solennia celebrētur. Et dictū concilium sit alijs conforme et iuribus consonum. sicut habetur.xcj.disti. quasi per totum, videretur vtile predictū concilium obseruari. Nam in qnto.c.j.ɔcil. Toletani statutū est q si cuiuslibet ordinis clericus tardius ad ecclesiam venerit deponatur, et in lxiij.c.tertij concilij Brachareñ. continetur q ad matutinum et vespertinum officium conueniant. et in. lxiiij. q diebus dominicis ab ecclesijs non se absentent. et in.lxv. q ante horam tertie non prandeāt. et in.lxvj. q cum habitu decenti incedāt.

¶ Rubrica.lxvj. De episcopis, vt annis singulis visitent dioceses suas: et q idem faciant illi quibus competit visitare, et ne in absentia procuratiões quomodolibet recipere non possint.

Item cū in.vij.ca.dicti ɔcilij Terraconeñ.posito.x.q.j. decreuimus, fuerit constitutū q episcopi singulis annis ecclesias suas visitent dioceesanas. Et idē fuerit in alijs ɔcilijs et iuribus ɔstitutū, sicut in.iiij.concil. Tol. ta.ca.q.episcoporum. quinimo episcopi, archidiaconi, prepositi et alij quibus officium visitandi incumbit, et hoc communiter non seruetur: sed predicti a sede apostolica et alijs vijs: pcurationes quas visitando recipere non deberent, sibi ministrari procurent, que duplex infamia negligētie et auaricie sanctis patribus magno hactenus fuit horrori: et quo statuerūt ne quis deinceps tale cupiditatis itgenium exerceret: vt ex hoc sollicitiores fierent de suis gregibus visitandis: Prouidentes vt quando essent languore detenti, aut alijs occupationibus implicati, loco sui viros aliquos probabiles destinarent, sicut statutum fuit in.iiij. concilio Toletano.x.q.j.relata.et.c.episcopum.xlij.distin.non oportet. Primo videretur vtile et proficuum ecclesijs, q

romana ecclesia nullatenus indulgeret huiusmodi procurationes in absentia recipi. et q constitutiones Grego. x. et Bonifacii. de cēsibus et procurationibus exigit. et c. felicis. et alia iura. inper eo. ti. et in aliis edita seruarentur. vnde in. xxi. c. iii. concilii Toleta. fuit constitutum vt eps angarias vel indictiones in diocesibus. quod. c. ponitur. x. qōne. iii. quia cognouimus: vt in precedenti cap. dicitur. q ecclesia cuz eius dote in episcopi ptāte consistat. x. q. i. c. ii. et. iii. In. xxxvi. c. quarti concilii Toletani precipitur q episcopi per singulos annos visitēt dioceses et pochias suas. In. ii. aūt. cō. Bracharen. c. primo. et. iii. quod ponitur. x. q. i. placuit. dicitur q episcopi visitantes ecclesias grauare non debent. Sed debent inquirere qualiter rectores et ministri diuina peragant: et eos instruere in predictis q ecclesia est immunis et libera a pdictis, nisi probetur esse serua. nec videtur q ad illam seruitutem possit indici per dominum papam. qui in cōtrarium dicitur aliqua priuilegia aliquibus regibus concessisse: quia hec sunt priuilegia ecclesie generalia fauorabilia generaliter concessa et perpetuo confirmata que sine ecclesie deformitate tolli non possunt. xxv. questio. i. fere per totum, et ea. cau, q. ii. c. i. ii. et. iii. et. c. eccle. et sequētibus et preceden, vnde vno verbo non videtur quod ipse qui iura tuetur tanta et tam generalia et fauorabilia iura et priuilegia subuertere possit: vt. C. de ino ffi. test. si qñ. et de elec. ecclesia. §. denique. et de hoc fuit tactū aliqualiter. 3. in. ii. et. iii. rub. hui9 secūde partis

¶ De immmunita. eccliar. Rubrica.

Item nec illa immunitas pter mittenda est fm quam quilibet potest regulariter rem suam ecclesiis relinquere: et quod etiam extra manum suam ponere nō est cogendus, contra quam multi principes et tyranni diuersas machinationes ingerunt. Unde contra eos multa hactenus prodiderunt remedia. et nouissime per dominum alexandrū de immunitate ecclesiarum. quia nonnulli. et per dominum Bonifacium in capi. clericis, que remedia non proficiunt. Contra tales inuehit concilium generale de rebus ecclesie non alienandis. cum laicis, ibi nō solum de alienatione feudorum et aliarum possessionum ecclesiasticarum et vsurpatione iurisditionum. sed etiam de mortuariis, et pro anima relictis de quibus aliqui statuerunt quod ecclesia infra annum et diem distrahat al's autoritate propria relicta occupabūt contra legem. C. de sacrosan. ecc. generali. et. l. iubemus. vbi dicit quod cuilibet licet res patrimoniales vel partem sine causa mortis vel iure institutionis vel quocūq alio modo relinquere ecclesie vel inter viuos donare nec est necesse quod talis donatio actis insinuetur. C. de sacrosan. ecclesiis. l. illud. nam in donationibus que fiunt ecclesiis optima mensura est immnesitas. in autenti. de non alienan, aut permutā. reb. eccle. §. finimus. collatione secūda. Adeo quod si quis de curiali fortuna reliquerit tales donationes ecclesie lucratiuis inscriptionibus libere sunt et immunes. Cur enim nō facimus discrimen iter res diuinas et humanas? C. de sacrosanctis ecclesiis. l. sancimus, la. ii. Et hec etiam futurū tps respiciūt. in autentico de ecclesiasticis titulis. §. ad hec sancimus. et. §. sequenti. Si que vero et si qua constitutio in contrariū promulgetur irritanda est. C. de sacrosanctis ecclesiis. decernimus. C. de episco. et cleri. omnia priuilegia. hoc enim ius qd ēt relinquatur maxime in vltimis voluntatibus valde fauorabile est. Tuz fauore vltime voluntatis. C. de sacrosan. eccle. l. i. Tū fauore aie. xiii. q. ii. anime defunctorūm. C. de sacrosanctis eccle. sancimus. Tum fauore ecclesie, que etiam

habetur loco filiorum in aut. de sancti. epi. §. sed et hoc presenti. extra de proba tio in presentia. §. pe. in aut. de eccle. ti. Si quis in nomine magni dei. colla. ix. Nulla igitur constitutione contrariuꝫ statui potest, cum sine periculo anime seruari non possit. de cōsue. c. fi. ꝛ de pre scriptio. c. fi. hic igitur triplex funiculus rumpitur difficulter. de treug. ꝛ pa. c. fi.

¶ Item vsurpatur iurisditio ecclesiastica et violatur immunitas et libertas ecclesie a dictis dominis tēporalibus, ꝙ intra ecclesias ꝛ monasteria claustra et cimiteria sedes ꝛ placita secularia te nēt ꝛ processus suos faciunt in eisdem: nec prosunt cōtra hoc antiqua remedia neqꝫ noua de immunita. eccle. c. j. ꝛ. c. cū ecclesia. ꝛ. c. decet. de electio. ꝙ sicut. de appellatio. qua fronte. ij. q. ij. §. vltimo.

¶ Item quia ab ecclesijs ꝛ monasterijs et personis ecclesiasticis halbergum et hospitiū violenter petere ꝛ pro se ꝛ suis necessaria exigere quasi ex debito nō verētur, quinimmo quāto maiores in hoc poti⁹ peccare videnť: nec in hoc ꝓsunt iam constituta remedia de immu. eccle. c. j. xlij. dis. quiescam⁹. C. de epi. ꝛ cle. l. j. in conci. generali. de rebus ecclesie nō alie. hoc consultissimo.

¶ Itē violant īmunitatē ecclesiasticā. xl. passuū maioribus ecclesijs, ꝛ minori bus. xxx. concessam. xvij. q. iiij. sicut anti quitus. ꝛ capi. frater. ꝛ. c. miror.

¶ Item si aliqua persona ecclesiastica possidens immobilia pro homicidio vel ceteris criminibus ex quibus bonorum sequitur confiscatio puniatur, non per mittunt huiusmodi immobilia distringi per ecclesiam nec etiam confiscari: qḋ est contra ecclesiasticam libertatem et etiam cōtra iura: cū bona personas am plexenť eamqꝫ concomitentur. et non econtra. de clericis coniuga. quod a te de renūtia. ex trāsmissa. xvij. q. iiij. c. vl. ff. de colleg. illici. l. j. in fi. xvj. q. vj. de lapsis. et capi. cognouimus. ꝛ. capi. illud: et capitu. episcopo.

¶ Item priuilegia ecclesiarū ac cōpositiones cum eis vel eoꝝ procuratoribus factas, nō seruant: sed semper ecclesiasticas personas et ecclesias ac monasteria pro predictis molestant: cōtra illud quod Gelasius Papa statuit. xvj. q. iij. placuit. dicens placuit huic sctē ꝛ Magne Sinodo vt res vel priuilegia que dei ecclesijs ex longa consuetudine pertinent, siue ab diuine recordationis imperatoribus siue ab alijs dei cultoribus in scriptis donata ꝛ ab eis per annos tri ginta possessa sunt, nequaꝙ a potestate presulum eorum quecūqꝫ persona secularis per potestateꝫ subtrahat aut per argumenta quelibet auferat. Sed sint omnia in potestate ꝛ iussu presulis eccle sie quecunqꝫ intra triginta annorū spatia ab ecclesijs possessa fuisse noscuntur. Quisquis ergo secularium vel clericoꝝ contra presenteꝫ diffinitionē egerit tāꝙ sacrilegus iudicetur ꝛ donec se correxerit ꝛ ecclesie priuilegia propria seu res restituerit anathema sit. Regi etiā Frā cie videť imponi necessitas ꝙ talia non presumat vt habetur ex libro capitulorum Caroli ꝛ Ludouici īperatoris. xvj. q. j. quia iuxta.

¶ Item pro voluntatibus eorūdem et absqꝫ causis rationabilibus ponunt dicti domini temporales manū suā ꝛ seruientes in bonis ecclesiarum ꝛ monaste riorum ꝛ quarūcunqꝫ ecclesiasticaꝝ personarum etiaꝫ frequenter in casibus in quibus non apponerent in bonis secularium personaruꝫ: ꝛ tam diu dictā ma num et seruientes in dictis bonis tenēt quousqꝫ dicte ꝑsone ecclesiastice se erga eos redimant.

¶ Rubrica. lxvij. De muneribus pro iudicijs iurisditionibus ꝛ officijs non recipiendis: ꝛ emolumentis iurisditio num non vendēdis ꝛ quod ecclesia nihil recipiat ab vsurarijs ꝛ iudeis: nec de bonis

bonis eorum nec aliorum qui cum notorio peccato ea acquirunt. Sed distribuat pauperib⁹ vel restituat quib⁹ dz.


Tem cum in .x. capit. dicti cōcilij Terraconeñ. fuerit constitutū ne qui clericorum pro impensis patrociniis et iudiciis munera recipiant et idez sit in aliis conciliis et iuribus constitutum, ne iudices etiam iudicium iustum vendant neqꝫ p sortes iudicent. xi. q. iij. nō licet iudici. extra de sentē. et re iudi. cum eterni. li. vj. et contra predicta iura et consimilia hodie quasi indistincte a ministris iustitie maximis mediocribus et minimis munera recipiātur et exitus et prouentus iurisditionum vendantur contra prouisionem conciliorum Lateraneñ. et Turonē. ne plati vicessuas sub annuo censu concedant. c. j. et. ij. ex hoc humanum iudicium peruertitur, et iudicantium oculi muneribus excecantur. Sicut Grego. ait. xj. q. iij. quatuor modis. et scdm legem canonizataz venales sentētie que in mercede a corruptis iudicibus proferuntur. etiam citra interposite prouocationis auxiliuz infirmas esse decernuntur. vt. l. venales. C. quan. puo. nō est nece. ij. q. vj. ei qui appellat, versiculo venales. videret in vtroqꝫ statu ecclesiastico et seculari esse super hoc prouidendū. Nam vt ait Ysodorus pauper dum non habet quid offerat, nō solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur. Cito namqꝫ violatur auro iustitia, nullāqꝫ reus pertimescit culpam quam redimere nummis existimat. xj. q. iij. pauper. Videretur insuper prouidendum et ordinandū qꝫ ecclesia nihil reciperet ab vsurariis et Iudeis: nec de bonis eoruz qui cum notorio peccato ea acquirunt. Sed distribuat pauperibus et distribuat quib⁹ dz.

¶ Rubrica. lxviij. De officio ecclesiastico vniformiter in vna quaqꝫ puincia et etiam in quolibet regno dicendo.


Tem cum in primo. c. concilij Gerūdeñ. fuerit cōstitutuz quod sicut in metropolitana ecclesia officium agitur. Ita in tota prouincia tam ipsius misse ordo qꝫ psallendi vel ministrandi cōsuetudo seruatur. Et hoc idē constitutum fuerit in. xj. concilio Toletano. c. iij. xij. distin. de his ne aliqua diuersitate cuicunqꝫ ordinis vel officij a Metropolitana sede disiungantur. Cum iustum sit vt vnusquisqꝫ inde assumat regulas magisterij vnde honoris consecrationez suscepit: vt iuxta decreta maioꝝ, sedesque vniuscuiusqꝫ sacerdotalis dignitatis mater est, sit ecclesiastice magistra rationis. Et hoc idem precipitur ab abbatibus obseruari, vt iuxta voluntatē sui episcopi regulariter viuentib⁹, vesperas, matutinū et missam aliter qꝫ sit in metropolitana eccl̄ia, celebrare nō liceat. Et si quis contrarium fecerit qꝫ sex mensibus communione priuatus apud metropolitanum sub pecunie censura maneat corrigendus. Et supradicta concilia rationabiliter constituta non seruentur, Et ex hoc diuerse locorum consuetudines diuersimode varienẗ: nec inueniri possint cause quas in eis constituendis ab initio habuerūt. Videretur scdm qd Augustinus scribit ad inquisitores ianuarij qd haberēt omnia predicta resecari. xij. distinctione omnia. Nam multe tragedie et moteti et alia ex quibus auditores non edificantur, non ad deuotionem sed potius ad contrarium excitant: qd est directe contra illud per qd est officium institutum. Sicut Ysodorus in septimo libro Ethimologiaruz. xij. capitu. attestatur. xxj. distinctione. cleros et clericos. xcij. distinctione cantantes. Ex predicta etiam diuersitate sequitur magna incomoditas ecclesiasticis personis: quia cum lōgissimis

temporibus laborauerint ad sciendum officium vnius ecclesie vel dioce. translati ad aliam quasi officij reperiuntur ignari. Difficile namque est inexpertos diuinis officijs mancipari. xix. q. iij. monasterijs. vnde ex predicta diuersitate perdunt multi pauperes clerici et presbyteri victum suum: et multi prelati conuenientes et idoneos non inueniunt in diuino officio seruitores et in secundo cap. quarti concilij Toletani continet, quod nulla pene pestis magis discipline mores ab ecclesia Christi depulit quam inordinata diuersitas officij: que apud carnales scismatis errorem videtur ostendere, et multis est materia scandalorum. vnde qui in vna fide et in vno regno morantur vnum officium dicere precipiuntur. Idem statuitur in concilio Bracharensi. vbi dicitur quod vnus acidem psallendi ordo in matutinis et diuinis officijs teneatur: et nō diuerse ac priuate neque monasteriorum consuetudines cum ecclesiastica regula sint permixte. et quod omnes in solennitatibus easdem lectiones legant. et quod misse eodem ordine celebrentur quod c. ponitur. xij. distin. placuit.

¶ Rubrica. lxix. Ut mulieres a virorum cetibus, et a ludis, et inhonestis tactibus retrahantur: et vt coma et habitu discernantur a viris.

Item cum in primo. c. concilij Cesaraugu. fuerit constitutum quod omnes mulieres fideles a virorum alienorum lectione et cetibus separentur ne ad ipsas pretextu docendi vel discendi quicquam accedant, et dictum concilium et multa similia non seruentur et multe familiaritates et confabulationes illicite contrahantur: quia tam in ecclesijs quam extra ecclesias, viri et mlieres extranee ab eorum parentela, in diuersis ludis se exercitant: et tactibus appetitibus et applausibus mutuo ad concupiscentiam inflāmantur. Etenim ait Augusti. de fide christiana. Nec solo tactu et affectu sed aspectu quoque appetitur et appetit concupiscentia feminarum. Ne dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nūcius. Et cū se sibi inuicem etiā et tacente lingua cōspectu mutuo corda nunciant impudica et secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore: vnde et intactis ab immunda violatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus. xxxij. q. v. nec solo. et c. qui viderit, videretur fructuosum animabus quod eo ingenio quo decentius fieri posset, retraherentur dicte mulieres a consortio virorum extraneorum: et a ludis etiam supradictis. Et insuper secundum doctrinam Apostoli ad Corin. coma et habitu discernerentur a viris: vnde in Gangren. concilio statuitur quod quecunque mulier religioni diiudicans conuenire, comam sibi amputauerit quam deus advelamen eius et ad memoriam subiectionis illi dedit tanquam resoluens ius subiectiōis, anathema sit. trigesima distinctione quecunque. trigesimatertia questione. v. mulier debet de consecratione distinctione qnta. fucare. quod est mulierū prouincialiū.

¶ Rubrica. lxx. De regibus et principibus iurisditionem diuersimode ecclesiasticam perturbantibus, et vsurpantibus de alijs potentibus alios expoliantibus: personas ecclesiasticas pauperes et peregrinos opprimētibus: et illis qui ad limina apostolorum petri et pauli vel ad alia oratoria accedunt sua aufferētibus excommunicandis, et per ecclesiam compescendis.

Item cum in vndecimo capitulo primi concilij Toletani fuerit constitutum quod si quis de potentibus clericum aut quēlibet

quelibet pauperem aut religiosum ex
poliauerit: et mandauerit eum ad se ve-
nire episcopus vt audiatur et contempse-
rit: inuicem mox scripta percurrant per
omnes prouincie episcopos et quoscun
q adire potuerint vt excommunica-
tus habeatur ipse donec obediat et red-
dat aliena. Et dictum capitulum posi-
tuz est in decretis. vigesimaquarta que-
stione tertia si quis de potentibus.

¶ Uerumetiam quibuslibet oppressis
ecclesia teneatur contra improborum
violentias protectionis et defensionis
auxiliuz impartiri vt octuagesimasepti
ma distinctione quasi per totuz et in tri
gesimosecundo capi. quarti concilij To
letani. et trigesimooctauo capitu. eius-
dem concilij, et dicta iura non seruentur,
nec etiam consimilia ad ecclesiasticam
iurisditionem et commune vtilitatem per
tinentia. Sicut est illud. c. calixti Pa-
pe vigesimaquarta. qo. tertia.

¶ Si quis romipetas et peregrinos et
apostolorum limina et aliorum sanctorum
oratoria visitantes, capere seu rebus quas
ferunt spoliare: et mercatores nouis te-
loneorum et pedagiorum exactionibus
molestare temptauerit, donec satisfece-
rit communione careat Christiana.

¶ Et illud capitu. Nicolai Pape ea.
questione illi qui peregrinos vel orato-
res cuiuscunque sancti siue clericos siue mo-
nachos vel feminas aut inermes pau-
peres depredati fuerint, vel bona eoruz
rapuerint, vel in malum eis obuiauerint,
anathematis vinculo feriantur, nisi di-
gne emendauerint. Pax vero illa quam
treugam dei dicimus, fideliter obseruetur si-
cut ab archiepiscopis et episcopis vniuscu-
iusque prouincie constituta est. Qui
autez eam infregerit, excommunicatio
ni subdatur. Et illud ex dictis Gregorij
secundi Pape. ea. q. quisquis per doluz
manum suam mittit in Christum, idest
episcopum vel presbyterum: quia sacri-
legium graue committit.

¶ Et si quis ecclesiaz dei vastat aut im
pugnat, aut incendit: quia et hoc grauissi-
mum sacrilegium est, placuit sancte Si
nodo, vt in primis omnia bona eius pro
scriptione publicentur: deinde in vno lo-
co. i. monasterio inclusus peniteat omni
bus diebus vite sue.

¶ Et illud Urbani Pape. eadem que
stione paternarum traditionum exem-
plis commoniti, pastoralis officij debi-
tum persoluentes, ecclesias cum bonis
suis tam personis quam possessioni-
bus clericos videlicet ac monachos,
eorumque conuersos, vel commissos:
oratores quoque cum suis nihilomi-
nus rebus quas ferunt tutos et sine
molestia esse statuimus. Si quis au-
tem contra hoc facere presumpserit et
postque facinus suuz recognouerit infra
triginta dierum spatium competenter
non emendauerit, a liminibus ecclesie
arceatur, et anatematis gladio feriatur.

¶ Et illud Alexandri secundi Pape
decimaseptima questione quarta. Si
quis deinceps prior aut cuiuscunque di-
gnitatis vel cuiuscunque ordinis laico-
rum episcopum comprehenderit vel per
cusserit, aut aliqua vi a propria sede ex
pulerit, nisi forte iudicatum canonice,
auctores vel cooperatores tanti scele-
ris anathatizentur et bona eorum eccle
sie ipsius iuri perpetuo tradantur. Si
vero in presbyterum vel in quemcunque
inferiorum graduum clericum hec eadez
presumpserit, canonice penitentie atque
depositioni subiacebit. Si contumax fue-
rit excommunicetur. Uideretur super
obseruantia predictorum et aliorum ad
ecclesiasticam iurisditionem pertinen-
tium fore de competenti remedio eccle-
sie prouidendum. Nam quasi per quan-
dam alnuionez frustatim domini tempora
les ad se omnia trahunt. Et sicut frusta-
tim lupus agnum comedit, ita et per ipsos
iurisditio ecclesiastica frustatim quo-
dammodo deuoratur, quidquid ad ec-

eclesiasticam iurisditionez potissime qd ad tēporalia pertinet sibi cōpetere putantes. Et pauci sunt casus ad ecclesiā pertinentes, in quibus directe vel indirecte per eos ecclesiastica iurisditio non turbetur in diuersis mundi partibus, nec iam cōstituta remedia proficere possunt sicut experientia docet.

¶ Turbatur enim per eosdem ecclesiastica iurisditio in causis seruorum et rusticorum ecclesiasticorum quos talliant et iustitiant tanq̄ suos contra illa iura. lxxxix. dist. indicatuz. duodecima questione secunda. ecclesiaruz seruos. de foro compe. nullus.

¶ Item in causis penitentium, qui in causis suis quas negligere forte nō debent, melius ecclesiasticum q̄ foreñ. expetunt iudiciuz, etiam si sint rei, ſm gl. xi. q. j. aliud. de penitentia. distinctione prima aliud.

¶ Item in causis libertorum et pupillorum viduarum et debilium personarū que pertinent ad ecclesiam quantuz ad possessorium indiffinite. de fo. compet. ex parte. Et quantum ad defensionem et tuitionem ne a potentibus opprimātur. de censibus. licet. et in preallega. c. si quis de potentioribus. xxiiij. q. iij. et c. sequenti. et etiam quantuz ad petitorium in defectum dominorum temporalium. de fo. compe. ex tenore.

¶ Item in causis peregrinorum et mercatorum: agricultorum, et in mari nauigantium, qui pace et securitate gaudere debent: vt de treuga et pace. innouam⁹. de peregri. c. vnico. et de raptori. excommunicationi. et in palle. c. si qs romipetas. et c. paternarum. xxiiij. questio. iij.

¶ Item cum agitur de feudis ecclesie vsurpant sibi iurisditionem cōtra illud de foro competen. verum.

¶ Item impediunt ne in curia romana clerici contra laycos impetrent sicut consueuerunt hactenus facere indistincte. vt de iud. c. vltimo. Et etiam quando laicus contra laicum impetrat contra decretalez illam grauē. de sententia excom. et de arbitr. innotuit. etiam si id super quo laicus contra clericum impetrat sit tale qd pertineat ad forum ecclesiasticum ratione rerum vel personarū. de verbo. signifi. nouimus. §. fin. Et hoc frequenter accidit cum impetrant contra laicos vel eos conueniunt in crimine sacrilegij vel vsurarum vel heresis vel excommunicationis vel periurij vel adulterij vel fornicationis, vel in causa natiuitatis vel iurispatronatus vel decimarum vel rapinarum, de quibus nullum est dubium quin pertineant ad ecclesiasticum forum. sicut patet de crimine sacrilegij vel quasi, de fo. compe. c. cuz sit. et c. a. conquestus. de crimine vsurarum, de vsuris. qm̄. de crimine heresis, de heretici. ad abolendam. et c. excommunicamus. de crimine symonie, de symonia p totuz. de crimine excommunicationis, secunda questione prima. mihi. xxiiij. questione tertia. corripiantur. de crimine periurij, de iudi. nouit. §. vltimo. de foro competen. cum si laycus. libro. vj. de crimine adulterij, de officio ordina. capi. j. de procurato. tue. de crimine fornicatiōis de vita et honestate clerico. vt clericoꝝ. de cā natiuitatis, qui filij sunt legit. cām. et capitu. latoꝛ. de ordine cognitio. tuaz. de causa iuris patronatus, de iud. quanto. de causa decimarum, de decimis tua. et capi. sequenti. De causa rapine, de raptori. capi. j.

¶ Item impediunt quando ecclesia vult cogere aliquem ad satisfaciendū de peccato in quo est, licet cognitio pertineat ad ecclesiam. de indi. nouit. ꝑ in o responso.

¶ Itez impediunt ne adeatur ecclesia in eorum defectum vel quando vacat imperium vel regnum ne cognoscat ecclesia de feudo: vt de fo. compe. licet. de elec. cuz inter vniuersas in fine, nō puttentes quod suppleat defectum coꝛuz. contra

contra de offi.ordina.pastoralis.§.vlti. nec negligentiam eorum contra illud de fo.cōpe.ex transmissa ⁊.c.verum.⁊.c.licet.⁊.c.ex tenore.de offi.dele. significantibus.⁊.c. prouidentiam.§. penul.⁊ vl. de offi.ordina.significauit.

¶ Item impediunt ne vidua spoliata ad restitutionem agens trahat spoliatorem coram ecclesia ꝙꝙ persone ⁊ cause in hoc simul cōcurrāt cōtra illud.de fo. competen.ex parte.

¶ Item impediunt si quid ambiguum inter iudices seculares oriat, ne ad ecclesiasticos iudices recurratur cōtra illud qui fi.sunt legi.per venerabilem.§.licet.

¶ Itē īpediūt ne ecclesie ⁊ curia officialium episcoporum cognoscant vbi cōsuetudo antiqua hoc hȝ ipsos indistincte, de personalibus ⁊ de realibus ⁊ criminalibus, licet ꝯsuetudo in talibus det iurisditionem ēt in delictis domino sup familiam suam.de offi.ordi.irrefragabili.de fo. compe.cum contingat. in fi.ix. q.iij. conquestus. de arbitris.dilecti.C. de emancipa.l.j.⁊ vlti.nec prodest cōstitutio bonifaciana.de imu. eccle. qm̄ in qua talia ⁊ consimilia contēnentes excōmunicatiōi subijciunt ipso facto nec aduertūt dcti dñi tpales ꝙ olim omnes cause tam clericorum ꝙ laicorū deferebantur ad sacerdotes.vt in predicto ca.per venerabilem.§.tria quippe.siue essent criminales, siue ciuiles, siue quecūꝙ alie, vt ibidē.⁊.ij.q.vij. si quis pͥsbyter. q6.c. est concilij Tiburień.⁊.xj.q.j.relatum.⁊ c.quicunꝙ.⁊.c.sacerdotibus.ea.causa.⁊ q.iij.cum apud.vnde non fit eis iniuria nec eorū tēporali iurisdictioni si laicus (vbi ꝯsuetudo hoc dat) reddeat ad suū primarium forum, scilicet ecclesiasticum nec ex hoc sua vel domini temporalis conditio videtur fieri deterior.arg.ff.de pactis.l.si vnus.§.pactum.versicu. ꝙ si non vult tollere, scdm Goffre. et ex isto casu quasi deperit tota ecclesiastica iurisditio et eius generale et vniuersale priuilegium ꝙ in hoc etiam dat iurisditionem.de foro competen.cum contingat. cui non videtur quod possit renunciari, sicut in.iij.et in.iiij.rubrica huius scde partis superius est probatum.

¶ Item impediunt iurisditionē ecclesiasticam dicti domini temporales contra effractores pacis et treugarum, dicentes ius regalium esse contra illud de treu.⁊ pa.per totum.⁊.xxiiij.q.ij.si quis ⁊.c.sequenti.de transac.c.fi.in principio xc.distinctio.precipimus.iij.q.j. nulli. et in constitutione feudorum de prohibita feudi alienatione per Fredericum l.imperialem.

¶ Item impediunt iurisditionē ecclesiasticam in his que ratione ꝯnexitatis pertinēt ad ecclesia.l.in dote vt de donatione inter virum ⁊ vxorē. de prudentia. ⁊.c.nuper.et in pena posita in matrimonio de sponsa.gemma.

¶ Item quādo iudices tēporales ordinarijs recusatis vt suspectis nō patiuntur ꝙ ad episcopum ciuitatis ⁊ ad ecclesiasticum forum habeatur recursus, licet hoc expresse caueatur in autentico vt diffe.iudi.§. si vero iudex.colla.ix.

¶ Item impediunt iurisditionē ecclesie qꝛ cū in eos vel in eorum ministros aut officiales vel subditos excommunicationis suspensionis interdicti sententie proferunt grauāt ex hoc proferētes, vel res, aut subditos eorūdem quousꝙ absolutionis beneficiū deferūt ad eosdē. nec sufficit remediū excōmunicationis sicut ait Grego.de senten.excō.quicūꝙ.

¶ Item impediunt dictam iurisditionem ecclesiasticā, personas ecclesiasticas eis displicentes pro leuissimis criminibus carceribus mancipādo: in casibus etiam in quibus laici deprehensi in maleficijs eisdem vel grauioribus nullatenus caperentur.

¶ Et qꝛ dictas personas ecclesiasticas incōtinenti ⁊ libere ⁊ absꝙ redēptionibus, exactionibꝰ ⁊ corum infamia reddere

nolunt ecclesiasticis iudicibus eorundẽz. Nec contentantur nisi coram eis de clericatu ⁊ eiꝰ possessione cognitio habeat nec prodest ad cõtrariũ.c.si quis suadẽte.xvij.q.iiij.nec decre.bonifaciana si index.de sen.excõ.lib.vj.nec decre.cos.de immunita.eccle.co.libro.

¶ Item impediunt iurisditionẽ ecclesiasticã dicti iudices seculares ⁊ eam sibi vsurpant compellẽdo personas ipsas ecclesiasticas ad soluendũ debita super quibꝰ corã eis iudicibꝰ cõtra personas ipsas ecclesiasticas eaꝝ patentes lr̃e habere exhibent nec sufficit ꝙ dictus dñs Bonifacius eos mãdauerit per censuram eccl'iasticã ab ordinarijs cõpescendos.de fo.competen.seculares.lib.vj.

¶ Itẽ impediunt ⁊ ptnrbant iurisditionem eccl'iasticã: qr extra alienationes dotales cum iuramento factas audiunt mulieres ⁊ filias cõtra patres quibꝰ cũ iuramẽto fecerũt pactũ de hereditate dũ nuptui tradebant.⁊ qr exceptionẽ rei iudicate corã eccl'iastico iudice in casu ad cũ de iure vel de cõsuetudine pertinẽte nõ recipiũt nec proficit ꝙ in dictis tribus casibꝰ sicut ⁊ in precedẽti dictꝰ dñs Bonifacius eos p ordinarios decreuerit cõpescendos.de fo.cõpe.seculares.de pac.ꝙuis.de iureiu.licet.⁊ de exceptio.cum quidam.libro.vj.

¶ Itẽ ipediũt dictã iurisditionẽ ecclesiasticã restringẽdo imunitatẽ eccl'iaꝝ ⁊ eccl'iasticaꝝ psonarũ ⁊ ecclesiasticoꝝ bonorũ varijs ⁊ diuersis modis. Nam imponunt eis munera, tallias,⁊ collectas extraordinarias in casibꝰ phibitis a iure in aut.de eccle.ti.§.ad hec sancimus.vt nulli iudi.§.nulli vo liceat.col.ix.⁊ expressius in.l.Frederici que incipit hac edictali.§.illicitas.cuiꝰ.§.vba sunt hec Illicitas etiã exactiões maxime ab ecclesijs quarũ abusus iam p longa tpa inuoleuit p ciuitates ⁊ castella omnimodo condẽnamus et prohibemus ⁊ si facte fuerint in duplum reddãtur.

¶ Item alius Fredericus in alia lege que incipit ad decus ⁊ decorẽ,dicit in.§. item nulla cõitas vel psona publica vel priuata collectas siue exactiones angarias pangarias ecclesijs pijsqꝫ locis aut ecclesiasticis psonis iponãt aut inuadere ecclesiastica bona psumãt. Qđ si cõtrariũ fecerint ⁊ reqsiti ab eccl'a vel iperio emẽdere contẽpserint triplum refundant. Et nihilominus banno iperiali subiaceãt qđ absqꝫ satisfactiõe debita nullatenus remittãtur. Qđ etiam nihil sit exigendum extraordinariũ seu superindictuz, nec sportulas cogi debent soluere,alias tales domini duplum reddere ⁊ cingulo nudari iubent.in aut.de sanctissimis episco.§.sportularũ.colla.ix.

Verũ si dicat iura antiqua hoc suadere, r̃nderi potestqꝫ talia iura, corrigãtur p iura canonica de immuni.eccle.qr nõnulli.⁊.c.clericis.lib.vj.⁊ p cõcilium Lateranẽ.⁊.c.nõ minus.vbi dicit ꝙ in diuersis mũdi partibus cõsules ciuitatum et rectores necnõ ⁊ alij qui potestatem habere videntur,tot onera freqũter imponũt ecclesijs vt deterioris cõditionis factũ sub eis sacerdotiũ videatur ꝙ sub pharaone fuerit,qui legis diuine notitiaz nõ habebat, Ille quidẽ (oĩbus alijs seruituti subactis) sacerdotes et possessiones eoꝝ in pristina libertate donauit ⁊ de publico eis alimoniã administrauit Isti vo onera sua fere vniuersa iponũt ecclesijs ⁊ tot angarijs eas affligunt vt eis qđ Hieremias deplorat ꝯpetere videat Princeps puinciaꝝ factã est sub tributo: siue qđẽ fossata seu expeditiones seu alia qlibet sibi arbitrent agẽda de bonis eccl'iaꝝ ⁊ clericoꝝ ⁊ pauperum xp̃i vsibꝰ deputatis volũt fere cũcta cõpleri. Iurisditionẽ etiã ⁊ auctoritatem prelatorũ ita euacuãt,vt nihil potestatis eis in suis videat hominibꝰ remansisse. Quo circa sub anathematis districtione fieri de cetero talia phibemꝰ:nisi

episcopus

aspeximus subditorum statum non ex ordine vegetari rectoris, sed deijci ex grauedine potestatis. Contraxerunt enim reges elata fastigia in bifronti dissidio motionis, et aut in culpis lex ardua seuiebat, aut in spolijs fauorem lex voluntaria commodabat, inde mestos animos non spes fouebat ex munere, sed tolerantia vexabat in funere. Unde iam increpationis occursu non tm̄ nos abire sola ratio cogit, verum et ipsa cōmotio rerum impellit, vt ex omnium animorum deliberatione concordi illa maneat sententia dicti, que et finem ausibus rite ponat illicitis, et consultum saluandis iure ferat populis. Quosdaz namqꝫ conspeximus reges preterꝗ̄ fuerint regni gloriā assecuti extenuatis viribus populorum regie proprie lucrum congerere, et obliti ꝙ reges sint vocati, defensionem in vastationem conuertunt: et vastationem defensione pellere defugiunt, illud grauius innectentes ꝙ ea que videntur acquirere, non regni deputant honori vel glorie: sed ita malunt in suo iure confundi, vt veluti ex debito decernant hec in liberorum posteritatem transmitti. Ꝋbrem in proprietatis illa conantur redigere sinu, pro quo solo constat illos imperij perce pisse fastigium, et illud in iuris proprij collocant antro, quod populi vtilitatis acquisitum esse constat obtentu. Nam nunquid ad illos, aut populorum aduentus, aut rerum poterat concurrere sensus, nisi extitissent glorie sublimati culminibus? Aut ab equalibus illi potuerint rerum coaceruatione ditari, nisi per subiectos glorioso apice potuissent attolli? Omnia recte totius plebis memoria subiecta pricipale caput reuelat, attentum debite iussionis obtutu ab illo negotiorum prospectant remediū, cui modo gratum, modo debitum irrogant cēsum. Regalis proinde ortodoxa sublimitas hec cuncta sibi debere conuincit, ex quo se regem recognoscit, et inde conquisita non alteri ꝙ̄ sibi iuste defendit. Unde nō persone, sed potentie subdi hec debere nō ambigit. Regez eterna iura faciunt, non persona: qꝛ nō constat sui mediocritate, sed sublimitatis honore. Que ergo honori debeant, honori deseruiant: et que reges accumulant regno relinquant, vt quia eos regni gloria decorat, ipsi quoqꝫ regni gloriam non extenuent, sed exornent. Qui itaqꝫ trabem gestat in oculo, non potest festucaz educere de oculo fratris sui. Ex his vniuersaliter instruens sicut Grego. in morali. ait vt q ad aliena peccata reprehendenda vel punienda constituti sunt ⁊ sua impunita relinquunt, reuocari debent intus ad conscientiam vt prius propria corrigāt ⁊ post ea aliena reprehēdāt in grauib⁹ peccatis quis positus dum suis premitur aliena non diluit. nec immunda manus sordes diluere valet. propter quod scribit Augustinus ꝙ sacerdos vt sapiens medicus ⁊ perfectus prius debet peccata sua diluere ⁊ post ea aliena detergere ⁊ sanare. Et beatus ambrosius docet ꝙ ille de alterius errore iudicet qui non habet in seipso quod condemnet, ⁊ qui non agit ea que in alio putauerit punienda ne cum de alio iudicat in seipso sententiaz ferat. Nam qui alium docet, seipsum nō docet: qui predicat non furandum, furatur: qui dicit non mechandum, mechatur: qui abominatur idola, sacrilegium facit: et qui in lege gloriatur, per preuaricationem legis dominum inhonorat et per tales blasphematur nomen domini inter gentes sicut scribit apostolus ad roma. c. ij. Tales namqꝫ prelati et sacerdotes (sicut Gregor⁹ ad Januariū scribit) sunt laque⁹ iuuenū: ⁊ illi de quibus itelligi pōt dictū Hierony. ꝙ veteres scrutās historias inuenire nō potuit aliquos alios scidisse ecclesiā dei ⁊ de domo domini populū seduxisse pre

ter eos qui sacerdotes a domino positi fuerant: et prophete id est speculatores versi in laqueum tortuosum et in omnibus locis ponentes scandalum. Sequitur enim sicut Beda in secunda epistola Petri scribit, viam Balaam prophete ex Bosor qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem vero habuit sue vesanie, quia subiugale mutum hominis voce loquens, eius prohibuit insipientiam. Et ideo Judei, Pagani, Saraceni et infideles qui ratione diuine agnitionis carent, et passim omnes peccatores et fideles talium distorta et deo contraria itinera sapiendo sanius redarguunt, et docti ab idoctis et clerici a laicis exemplo asine, redarguuntur. In cuius significatione per Ezechielem prophetam domin⁹ dixit, A sanctis meis incipite. Quod beatus Petrus considerans ait, Tempus esse vt iudicium incipiat a domo dei: quia secundum Hieronymum non omnes episcopi sunt episcopi: nec sanctorum sunt filij qui tenent loca sanctorum: sed qui exercent opera eorum. Et ideo non est facile stare in loco Petri et Pauli et tenere cathedram regnantium cum christo. Nam licet sanctum nemo esse dubitet quem apex tante dignitatis attollit in quo si deficiant bona acquisita per meritum sufficiunt que a loci predecessore testantur, non tamen habet priuilegium non peccandi secundum Simachum Papam. Et quia aliqua culpa vel negligentia aut remissio si qua reperiretur in eo ad mancipium gehenne innumerabiles populos trahit: Nec huiusmodi culpas istic redarguere mortalium vllus presumit, quia cunctos ipse iudicaturus a nemine est iudicandus nisi a fide deprehendatur deuius, sicut Bonifacius Papa et martyr scribit, habet secundum Nicolaum Papam et sanctam Sinodum sacrosancta ecclesia romana in sinu suo colligere causam suam et in seipsa ostendere qualiter alios in domo dei oporteat conuersari. Nam oues pastoris vocem audiunt et precuntis vestigia subsequuntur.

¶ Rubrica trigesimaprima De modo generali per quem vniuersalis ecclesia deberet reformari scilicet vt seruarentur iura, et reuocarentur in contrarium attemptata.



Pro dicta vniuersalis ecclesia et etiam totus populus Christianus reformari posset et valeret ac deberet, si duo, a quibus secundum gelasium Papam principaliter hic mundus regitur, videlicet auctoritas sacra pontificum, et regalis potestas, humanum genus duobus quibus salubriter potest regi, videlicet naturali iure contento in lege et in euangelio: et moribus hoc est humanis legibus sancti spiritus instinctu in canonibus apostolorum concilijs et a romanis pontificibus et a catholicis principibus prelatis pro communi vtilitate gubernarent. Et quod contra ea per eos vel per alios attemptata in contrarium prout melius, conuenientius et absque minori scandalo fieri posset, reuocarent corrigerent et emendarent. Non obstantib⁹ quibuscunque priuilegijs, indulgentijs, libertatib⁹, immunitatibus et exemptionibus datis et concessis in contrarium per eosdem. Non obstantibus etiam quibuscunque vsibus vel consuetudinibus contrarijs que verius censende sunt corruptele. Et prouiderent ne vno verbo et vno non obstante, que multis sunt excogitata vigilijs et matura deliberatione decocta, tollerentur et reuocarentur impune. Nam quod antiquitas bene statuit, nouitas nostri temporis (licet veneranda esset vetustatis auctoritas) male neglexit. Et cum magistratus spirituales et temporales digesti fuerint et distincti vt alij maiores alij medij et alij minores existerent, et ad quosque

eorum que ipsorum officijs appropriata fuerant pertinerent et gradatim ad eorum officia pertinētia exercerēt. Et que vni officio deputata fuerāt, nequaquam ab alio turbarentur. Nouitas nostri temporis sub inquietudine degit: quod dictum gradum et ordinem derelinquit. Secundum namque Augusti. minus ordinata inquieta sunt: ordinata vero quiescunt. Et ideo quia antiqua ordinatio de regimine mundi et ecclesie, et sua vnicuique iurisditio a romana ecclesia et presidentibus non seruatur: et ordo ecclesiasticus cōfunditur, sicut Gregorius attestatur, Sed ad se que ad minores et medios pertinent trahere volunt, vt in eis verificetur illud, Cum exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum, mūdus turbatur vniuersalis, ecclesia leditur et grauatur: et ordo ecclesiasticus confunditur sicut Gregorius attestatur. Et si forsan inferatur quod legibus sunt soluti, respōderi potest quod nō diuinis, nec illis in quibus dominus vel eius apostoli et eos sequētes sancti patres sententialiter aliquid diffinierunt. Sed eas vsque ad animam et sanguinem confirmare debent, sicut Urbanus Papa attestatur. Christus non venit soluere legem sed adimplere. In his ergo in quibus peccatum includitur nequaquam presidentis auctoritas excusatur, sicut Simachus Papa testatur: Quinimmo secundum Ilarium Papam, Maiori reatu delinquit qui potiorum honorum fruitur, et grauiora facit iudicia peccatorum sublimitas peccantium, cum homo christianus secundum Joannem chrisostomum propter altitudinem dignitatis cadat fortius in peccatum, et secundum Nicolaum papam, deterius in populis prelati delinquunt: ac per hoc grauius quam ceteri (secūdum beatum Gregorium) puniuntur. Nam si peruersa perpetrant et committunt, tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos perditionis exempla transmittūt.

Et si ad humanas leges contentas in concilijs et in sacris canonibus consideratio habeatur ad eorum obseruationem secundum Gelasium et Zosimum prima sedes pre ceteris obligatur. Et voluntaria eorum transgressio in spiritum sanctum blasphemia a Papa Damaso iudicatur. Et Nicolaus Papa scribit quod ridiculum est et satis abominabile dedecus traditiones quas antiquis tēporibus suscepimus, infringi patiamur. Justum namque est sicut Ysidorus tertio libro, de summo bono testatur: principem legibus obtemperare suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando et ipse illis reuerentiā prebet, principes legibus teneri suis nec in se posse damnare iura que in subditis constituuntur iustū est. Justa enim vocis eorum auctoritas si quod populis prohibent sibi licere non patiantur, In quo concordat etiam lex ciuilis: Nec negatur quin sicut quedam sunt que nulla possunt ratione cōuelli sicut quin sint multa alia semper cōditione seruata, vt in his que vel dubia fuerint aut obscura id nouerimus esse sequendū quod nec preceptis euāgelicis contrarium nec decretis sanctorum patrum inueniatur aduersum: sicut Leo Papa testatur. Si quid autem pro remedio aut pro necessitate tempo ris statuatur, cessante necessitate cessare debet pariter quod vrgebat, cum alius sit ordo legitimus, alia vsurpatio, prout Gelasius attestatur. Considerandа est itaque ratio equitatis, vt sacrosancta romana ecclesia que iustitie mater est, in nullo ab ea dissentire videatur, nec ita diuites aliquos faciat eorum inopiam releuādo vt multos in paupertate deficiat. Cum secundum apostolum ad Corinthios quod alijs est remissio, ceteris nō debeat esse tribulatio: nec omnia que licēt expediant, prout idē apostolus attestatur.

¶ Rubrica. xxij. De secundo modo reformationis ecclesie. scilicet vt mala exempla et scandalizantia, et ad peccatum tendentia resecarentur ab ecclesia dei.

Secundo posset vniuersalis ecclesia reformari, si romana ecclesia a se primo, et gradatim a prelatis et alijs mala exempla tolleret, ex quibus scandalizatur, et quasi inficit populus vniuersalis: et nomen dñi dominatores populi secundum Esa. ex hoc finunt blasphemari. Nã secundum Augusti. nihil magis confundit ecclesiam dei vel ei officit quam dicere peiores sunt clerici quam laici. Prohdolor quia videtur in ipsa ecclesia verificari dictũ Esaie. xxxiiij. in figuram babylonice ciuitatis gloriose in regnis et inclite in superbia caldeorum, de qua dicitur. Erit cubile draconum et pascua struthionum, et occurrẽt demonia. Onocentaurus et pilosus clamabit alter ad alterum. Ibi cubauit lamia et inuenit sibi requiem, Ibi habuit foueaz ericius, et enutriuit catulos. Illic congregati sunt milui alter ad alterum. Ex quibus signantur et signari possunt vitia et vitiosa exempla que sunt in vniuersali ecclesia reformãda, que possunt nomine et figura animaliũ septem que dictus Esaias propheta in supradicta autoritate exprimit, per que septẽ peccata mortalia intelligere possumus, designari. Significatur nanque per ericiuz auaricia: per draconem superbia: per pilosum luxuria: per lamiã gula, per leenam inuidia: per onocentaurum odiũ et ira, per struthionez accidia: sicut in eorum prosecutione apparebit inferius. Et nisi in hoc sacro concilio prouideatur de cõpetenti remedio in premissis, que quasi manifeste et notorie in dei ecclesia conmittuntur, fides (que secundum Jacobum sine operibus mortua est) dicetur per fideles et infideles in prelatis et personis ecclesiasticis (qui lux mundi esse debent et lucernas bonorum operũ gestare in manibus) perijsse. Cuz enim in sacerdotibus fides, sit eligenda cũ vita, si vita defuerit, fides meritũ nõ habebit, sicut Gregorius francie regibus scribit. Et elapso et transacto presenti sacro cõcilio, in omni statu reformatione carente, nisi reformatio debita facta fuerit incorporabiliter, peiora prioribus subsequentur. Et omnia imputabuntur domino nostro summo pontifici, eiusque venerabili collegio, et huic sacro concilio, qui possunt et debent corrigere supradicta et obuiare eisdem. Scribit enim Grego. Simicusano episcopo quod si negligenter ea que male vsurpantur corrigere omittimus, excessius viam alijs aperimus. Et leo papa dicit quod inferiorum ordinum culpe ad nullos magis referende sunt quam ad desides negligentesque rectores, qui multam sepe nutriunt pestilentiam, dum austeriorez dissimulant adhibere medicinam. Et Joannes papa octauus scribit, quod facientiũ proculdubio culpam habent, qui quod possunt corrigere negligunt emẽdare, Et negligere, cuz possint, perturbare peruersos, nihil aliud est quam fauere impietati eorum. Nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obuiare. Et probatur odisse vitia qui dãnat errantes. secundum autem Grego. consentire videtur erranti qui ad resecanda que debent corrigi non occurrit. Et secundum Innocentium papam error cui non resistitur, approbatur: Et veritas cũ minime defensatur, opprimitur. Negligentia autem in predicta corrigere in prelatis mortale peccatum est, et depositionez inducit, sicut iura testantur. Unde calixtus papa ait, si ecclesiasticaz sollicitudinẽ vigore nequaquam negligimus, perdit desidia disciplinam et animabus profecto fidelium nocebitur.

¶ Rubrica. xxiij. De auaricia et ambitione et questibus et simonia et muneribus.

Sane cum reproba exēpla ambitionis cupiditatis et auaricie publice vocentur et arguātur per fideles et īfideles in romana et etiā in vniuersali ecclesia, euidēter demōstrāt quest⁹ et munera que pro ecclesiasticis bñficijs dignitatib⁹ et officijs recipiunt et dant, in animarū dantiū et recipientiū detrimentū, in peccatū symonie, quā vtrinsqz pagina testamēti detestatur et que est et reputatur heresis. ad idem pertinent questus qui fiunt per legatos et nuncios et familiares apostolice sedis, et per illos qui in dñi Pape et prelatorū seruitijs cōmorant. Ad idem ptinēt tallie, subiectiones, subsidia, procurationes in absentia, emolumēta scripturarū et sigillorum que exigūtur, recipiūtur et leuant a prelatis superiorib⁹ et inferiorib⁹ eorūdē. Ad idē qstus idulgētiarū priuilegiorū, dispēsationū et exēptionū. Ad idē spectāt multiplicatiōes bñficiorū ecclesiasticorū et pensionum que indebite vni cōmittūtur et cōferūtur persone. Ad idē exēptiones munerū, venditiones iurisditionū, lucra turpia et inhonesta negotiationum secularium. et mercationum, quarum multe ad speciē vsurariam quam mercatores ecclesiasticarum personarum pecunias tenentes exercent dietim, pertinēt. Ad idem pertinent eleemosynarū defraudatio, hospitalitatis restrictio, munerum ecclesiasticarum personarum ad cultum diuinum deputatarum diminutio, prelatorum et curatorum in solennitatibus et alijs ecclesiasticis ciuitates et loca sua fugientiū, euagatio. Ad idem pertinet augmentum satis de nouo in romana curia ītroductū, de his que pro bulla scripturis et alijs quibuscūqz que consueuerūt in ea ab antiquo persolui, Super quibus omnibus esset de competentibus et contrarijs remedijs (cum secundum phisicorum assertionem medicina fiat per contrarium) salubriter in hoc sacro concilio prouidendum. Nam in omnem terram in qua exiuit sonus apostolorū, sancta dei ecclesia et potissime sacrosancta romana īfamata est: et vulgariter cuncti clamāt et refricāt qdā in ea ꝛc.

¶ Omnes a maiori vsqz ad minorem auaricie student. Ex quo autem in ecclesijs sicut in romano imperio creuit auaricia, perit lex de sacerdotib⁹ et visio de prophetis, sicut Hieronymus ad rusticum Narbonē. Episcopū scribit: Nec mirū qd scdm Gregoriū bonorum auctori inherere aliter non valemus nisi cupiditatem a nobis que omnium malorum radix est, abscindamus. Et ideo scdm leonem Papam, virum catholicum et precipue domini sacerdotem sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente sacra scriptura ecclesia. xviij. Post cōcupiscentias tuas ne eas. Mens etiā vt idem Leo ait potentie auida, nec abstinere nouit a vetitis, nec gaudere cōcessis, nec pietati adhibere consensum. Nam sicut hi qui per insaniam mēte trānslati sunt, nō iam res ipsas sed phātasias passionis sue vidēt, ita ēt mēs auari semel vinculis cupiditatis astricta, semp aurū, semp argentū videt: et gratius intuetur aurū qȝ solē: ipsa eius oratio et supplicatio ad deum aurum querit: semperqz redditus computat, sicut beatus Ambrosius probat. Tali autem, sicut Augustinus ad macedonium scribit, totus mundus diuitiarum non est obolus: a talibus scdm Isidorum cito auro iustitia violatur: Et pauper dum nō habet quod offerat non solum audiri contēnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur: nullamqz reus pertimescit culpam, quam redimere numerus existimat. Crassus aurū sitiuit, et aurum bibit et eque auro perijt


vt veneno quod est exemplum omnib⁹ aurum desiderantibus formidandum. Hec igitur auaricia per ericium figuratur congrue quia est animal figuratum spinis, diuitias (vt christus in euāgelio ait) significantibus: per quarū acquisitionem in laqueum diaboli, secundum Apostolum, inciditur: et cum eis homo a diabolo capitur, sicut ericius dum in spinis fructibus oneratur: de quo ericio Esa. xiiij. perdā Babilonis reliquias et ponam eam in possessionem ericij et Sophonias accubabūt in medio eius omnes bestie et ericius.

¶ Rubrica. xxxiiij. De superbia elatione et pōpis ecclesiasticis: et nimijs et varijs aparatibus et conuiuijs vitandis: et q taxaretur certus numerus euectionū familiarium et modus ornatuum.

Quod perniciosa exempla elationis et superbie manifeste tam in capite q in mēbris in dei nascantur ecclesia, cum probent excessus notorij vestium, ornatuum, societatum, familiarum, equorū armorum, verborum, et factorum. quibus stat⁹ ecclesiasticus extollitur, se quibuslibet preferendo, aliorum vitā et merita deprimēdo et obumbrando seipsos, commendando improbos et defendendo: sancta indignis committendo, malos pro bonis et bonos pro malis approbando, prout Ambrosius in libro de officijs attestat. Remediū esset q caperetur certus numerus euectionū et familiarium et modus ornatuum. Ad idē pertinet quia ex dictis elatione et superbia contra doctrinam Bracharen concilij subditi non leuiter castigantur, sed cum asperitate nimia (contra admonitionem Apostoli qui ait, argue obsecra, increpa in omni patientia et doctrina) immo asperrime puniuntur: et aliqui superiores ita volunt pro modicis excessibus in eorum subditos (licet oneratos) penis efferuescere, sicut latrocinantium poterant promererij persone: nec seruatur instructio Leonis Pape dicētis, q licet nonnūq accidant que in sacerdotum sunt reprehendenda personis, plus tamen erga corrigendos agat beniuolentia q seueritas, plus coarctatio q comminatio, plus caritas q potestas. Sz ab illis qui que sua sunt querunt, non que Jesu Christi, facile ab hac lege disceditur: et dū dominari magis q consulere subditis placeat, honor inflat in superbiam, et quod prouisum est ad cōcordiam, tendit ad noxiam. Isti sunt quib⁹ dominus loquitur per Ezechielem prophetam dicēs, Vos cū asperitate imperabitis eis et cum potentia. Nam (sicut Gregorius in moralibus exponit) cum austeritate et potentia imperāt, qui subditos suos non tranquille ratiocinando corrigere, sed aspere inflectere dominādo festināt. Tales namq in quodā sibi vidētur summitatis culmine residere et infra se positos despiciūt, quibus frequenter in cōsulendo loqui, sed vix dominando dignantur: nec imitantur (sicut deberēt filij carissimi) exemplum Christi in Mathei. xj. cap. dicentis, Discite a me q mitis sum et humilis corde. Unde verendum est, ne cum Nabuchodonosor de eius gloriante potentia, in mentem bestialem mutentur. Sed vtinam cum eo penitentiā agāt, ne cum elationis et superbie principe recipiant portionem. et hoc tangit specialiter in romana curia existētes, qui prelatos successores apostolorum et alios secundum status eorum exigentiam non honorant, quinimmo contemnunt et vilipendunt eosdem, se eis in sedibus et alijs indebite preferentes, minus prouide attendentes sententiam domini in Matheo et Luca dicentis de Apostolis: qd Anacletus Papa ad eorum successores extendit. Qui vos recipit me recipit

recipit. et qui vos honorat me honorat et qui vos spernit me spernit. Qui autem eum spernit spernetur a domino cū spernat eum scilicet Christum a quo primo in nouo testamento cepit pontificatus et ecclie venerāda potestas. Sz vtinam nostris temporibus non videndū quod in ecclesia catholica sicut dudum fuit et greca factum nisi de alio prouideatur remedio per romanam ecclesiaz humiliantem seipsam et aliarum iura non vsurpantem illud dictum oratoris domitij. Cur ego inq̄ te habeam vt principem cum tu me non habeas vt senatorem. Hec igitur superbia figurata est per draconem qui maximus est cunctorum serpentium siue animantium super terram. qui sepe a speluncis abstractus fertur in aerem. Sic et prelati multi ecclesie dignitate, et potestate, nobilitate et diuitijs maiores ceteris, a speluncis domorum paternarum abstracti et postmodum in ecclesia sublimati in aere vane glorie et superbie efferuntur. quos quasi quandam pestem imo veram pestem fastidiens Hieronymus asserit fugiendos. quibus in Ezechiele dicitur Assimilatus es draconi: nam ventilabas cornu in fluminibus tuis. talibus draconibus formidanda est sententia psalmi dicentis, Dilecto cōtribulasti capita draconum in aquis: dedisti eum escam populis ethiopum id est demonum.

¶ Rubrica trigesimaquinta. De luxuria, inordinatione ꝛ cohabitatiōe clericorum ꝛ mulierum: ꝛ voluptatibus cuitandis.



Quod perniciosa exempla luxurie a clero populus recipiat Christian⁹, testimonium perhibent gradientes filij super terram sicut Gregorius de Joanne diacone neopolitanis ciuibus scribit. Et rubrica de filijs presbyterorum et de cohabitatione clericorum et mulierum. Et licet multe super Innouatione ordinis clericorū hacten⁹ emanauerint sententie patrum nihilominus ipsorū quenis correctio morū q̄ꝑ vltimo illata fuerit, nō solum in authores scelerū verumetiā in progeniē damnatorū ꝑtendit, sicut in Toletano concilio continetur. Nempe cum difficile sit inter prunas ꝛ flāmas igneas, siue quodammodo impossibile, non exuri: cum omnis etas ab adolescentia in malum prona sit: ꝛ procliuis sit cursus ad voluptates naturaq̄ imitatrix sit vitiorum fomesq̄ peccati: et stimulus sathane ei cohereāt: et difficile sit continere, pauci q̄ sine vitio carnis reperiantur sicut Gregorius secundino Episcopo scribit, luxurie carnisq̄ vitio incentiuū tribuit quia remedia que hactenus super a sanctis concilijs sanctis patribus ꝛ romanis pontificibus statuta sunt non seruantur. Sicut est illud ab omnibus constitutum q̄ habitatio mulierum et predictarum personarum euitetur. In tertio namq̄ capitulo niceni concilij extitit ordinatum siue constitutū, Nec epi scopo neq̄ presbytero, neq̄ diacono, neq̄ vlli clericorum omnino licere habere secum mulierem extraneam, nisi forte mater ant soror aut auia vel amita vl̄ matertera sit: quia in his solis personis et harū similibus omnis que ex mulieribus est suspitio declinatur. Et qui preter hoc ageret periclitaretur de clero. Et idem in effectu constitutum fuit in tribus et quatuor capitulis secundi cōcilij Agathēsis. et in decimo et in vndecimo capitulis concilij Arelatēsis. et in vigesimoquinto capitulo concilij Aurelianensis. et in vigesimoseptimo capitulo concilij Elibertani. et in decimosexto capitulo concilij Hilerdeñ. ꝛ in secundo capitulo concilij Toletani. ꝛ in qua

dragesimosecundo et quadragesimotertio capitulo quarti concilij Toletani. et.xxxij.capi.iiij.concilij Bracharensis. plus etiam fuit in primo.c.Terraconē. concilij constitutum, ꝙ clerici ad proximas sanguinis sine testimonio non accederent. Et s̄m Augusti. omnes que cum sorore mea sunt, sorores mee non sunt.

¶ Ad idem consiliū Hierony. dicentis Hospitiolum tuum aut raro aut nunꝗ mulierum pedes tangat vel teratur: quia non potest toto corde habitare cū deo, qui feminarum accessibus copulatur. propter quod Grego. in.iiij. dyalo. commendabile exemplum ponit de presbytero, qui presbyteram suam ante suſceptos ordines in coniugem habitam ex tempore accepti ordinis vt sororem, diligens, sed quasi hostem cauens ad se accedere propius sibiꝗ appropinquare occasione aliqua non sinebat.

¶ In Agatheñ. concilio extitit ordinatum vel constitutum, quod presbyteri et alij qui ducendi vxores licentiam non habebant, alienarum nuptiarum conuiuia euitarent: nec illis inmiscerētur cetibus, vbi amatoria cantarentur, aut obsceni motus corporis choreis et saltationibus efferuntur, ne auditus et obtutus sacris misterijs deputatus turpium spectaculorum atꝗ verborum contagione pollueretur. In Laodicē. concilio extitit constitutum quod clerici et ministri altaris spectaculis aut nuptijs non interessent. Et ad idem cōcordat.xiij.c.concilij Carthagineñ. v.c. concilij Arelateñ. et etiam adijcitur qḋ qui in theatris conueniunt, excōmunicentur: et idem in.lix.ca.iij.concilij Bracharensis.

¶ Item Isidorus de vita clericoꝝ scribit xxiij.dis.his.ꝗ dicti clerici a vulgari vita seclusi, a mūdi voluptatib⁹ se abstineant, non spectaculis: non pompis, intersint. Et quod cōuiuia publica fugiant, priuata nō tm̄ pudica sed sobria colant: vsuris nequaꝗ incumbant, neꝗ turpium occupationibus lucrorum, nō fraudibus cuiuscunꝗ studium appetāt: amorem pecunie quasi materiam cunctorum criminum fugiant, et secularia officia, negotiaꝗ abnuāt, honoris gradum per ambitionem non suscipiant. Pro bñficijs medicine dei munera non accipiant: Dolos et coniurationes caueant, Odium, emulationes, obtrectationes atꝗ inuidiā fugiāt: nō vagi oculis, nō effreni lingua, aut petulātia fluidoꝗ gestu īcedāt. sꝫ pudorē atꝗ verecūdiā mētis simplici habitu, īcessuꝗ ostēdant, obscenitatem verborum et membrorum sicut et operum penitus execrētur: viduaꝝ et virginū frequentatiōes penit⁹ fugiant: contubernia extranearum feminarum nullatenus appetant, Castimoniā quoꝗ īuiolati corporis ꝑpetuo ꝯseruare studeāt, aut certe vni⁹ m̄rimonij vinculo federent: seniorib⁹ quoꝗ debitā prebeāt obedientiā, neꝗ vlli⁹ iactātie studio semetipsos attollant: doctrine lectionib⁹, psalmis hymnis et canticis exercitio iugiter incumbāt. Tales enim esse debent qui diuinis cultibus se esse mancipandos student. s. vt dum sciētiam operam dant doctrine gratiā populis administrent. ¶ In concilio etiā Maneteñ. constitutum fuit qḋ dicte persone ecclesiastice plausus et risus inconditos agere, aut fabulas inanes referre aut cantare non presumerent: nec turpia ioca ante se fieri paterent, nec laruas demonum ante se deferri consentirent. Et ꝙ in mensis honeste conuersarentur, et sobrie viuerent et comederent. Cum itaꝗ vite mundicia esset pre ceteris in his qui ferunt vasa domini, sicut ipse dominus per Esa. prophetam precipit, requirenda, esset plurimum ad refrenandū in ordinationem et luxuriam status ecclesiastici vigilandum. Hec autem luxuria a predicto Esaya propheta

figurata est per pilosos quorum alter clamabat ad alterum, Pilosi enim fm septuaginta interpretes et fm Isidorum ethimolog. sunt demones incubi ab incubādo dicti: quia sunt improbi et interdum cubant cum mulieribus: per quos recte qui luxuriose agunt in ecclesia et spiritu maligno ducuntur, qui spirituales esse deberēt, significari possunt similes Esau, de quo in Genesi dicitur q pilosus erat. Et tales sunt deo odibiles, sicut et ipse Esau fuit, de quo scribitur, Jacob dilexi, Esau autem odio habui.

¶ Rubrica. xxxvj. De gula, ebrietate et comessationibus: et ferculorū multiplicitate: et superabūdantia resecandis et cohibendis.



Quod perniciosa exēpla peccati gule vniuersus populus christianus a clero recipiat, in aperto apparet, cum dictus clerus lautius et splendidius et pluribus ferculis q̄ faciant reges et principes domini contra honestatem ecclesiasticam et clericalem regulam et doctrinam constitutā a sanctis patribus cōuiuentur. In regula apostolica ad Titū tradita continetur q promouēdus sit sobrius et nō vinolentus. Et hoc forte quia sicut Hierony. ait, Venter mero estuans, cito despumat in libidinem. et vbi ebrietas ibi libido dominatur et furor: Luxuriosa res est fm eundem vinū, et contumeliosa ebrietas: et omnis qui cum his immiscetur non erit sapiens: propter quod sponsa christi vinum monetur fugere vt venenū. In veteri testamento ministri templi vinum et siceram bibere prohibebantur, ne ebrietate grauarentur corda eorum, et vt sensus eorum semper vigeret et tenuis esset. Noe enim nudauit femora: Et Loth quem sodoma non vicit, vina vicerūt. Apostolus autem scribit ad romanos, ad exordium conditionis humane prospiciēs, Bonum est vinum non bibere, et carnes non comedere, vinū enī cū carnib⁹ post diluuiū dedicatum est. Secundum Ambrosiū, sexto die bestie sunt create, et cum eis orta est edendi potestas et vsus escarum. Ubi cibus cepit, ibi factus est finis mundi: vnde per cibos mūd⁹ habet minui p quos desinit augeri. Nō esset seruitus si ebrietas nō fuisset. In canonibus apostolorum episcopus, aut presbyter, aut diaconus alee atq ebrietati deseruiens, si non desinat, condemnatur, Subdiaconus, lector, aut cantor similia faciens et non desinens, communione priuatur. et statuitur, vt ille quem ebrium fuisse cōstiterit triginta dierum spacio a communione submoueatur, aut corporali supplicio subdatur. Cum autem vinolentus esse prohibetur minister ecclesiasticus, gule intemperantiam nequaq̄ habere permittit. Nā sicut ebrietas ita et voracitas prohibetur: et vtrunq; inter opera tenebrarum apostolus ad Romanos connumerat, dicens, Non in comessationibus et ebrietatibus etc. Ventris nanq; ingluuies ad luxuriam facile prouocat: et omne opus bonum dissoluit, vnde venter et genitalia sibimetipsis vicina sunt, vt ex vicinitate membrorum intelligatur confederatio vitiorum. Venter cui coquorum multitudo deseruit, edificia virtutum ad solum redigit. Sacerdoti fm Hieronymum de altario viuere licet, nō luxuriari permittitur: personis ecclesiasticis tabernas, nisi cā necessitatis itrare, in Laodiceñ. et Carthaginensi concilijs casq tenere in. vj. synodo prohibetur.

¶ A crapula et ebrietate in generali cōcilio abstinere iubentur clerici vniuersi. super Micheam prophetam scribit Hieronymus q ecclesie principes qui delicijs affluunt, et inter epulas atq; delicias pudicitiam seruare se credūt, propheticus sermo dicti Michee prophete describit quod eij ciēdi sunt de spacio

sis domibus lautisq̧ conuiuijs, et multo labore conquisitis epulis in tenebras exteriores vbi erit fletus et stridor dentium. Nam confusio et ignominia est christum crucifixum pauperem et esurientē fartis corpibus predicare, ⁊ ieiuniorum doctrinam rubentes et tumentia ora proferre: Inferens idē Hieronymus ꝙ si in apostolorum loco sumus, non solum sermones eorum imitemur, sed conuersationem et abstinentiā. Esset itaq̧ super sobrietate ⁊ parcimonia seruandis in statu ecclesiastico prouidēdum, cum magna pars ecclesiasticorum redditiuum in excessiuis conuiuijs ⁊ comessationibus expendatur. Unde verendum est ꝙ deus propter hec et alia contra ecclesiam ⁊ eius ministros irascatur, ⁊ ꝙ eam permittat deprimi, sicut fecit iudeos. Hec autem gulositas a dicto propheta per miluū ꝯgrue designata est: Cum ſm Isidorū. Miluus inter alias aues mollis ⁊ voracissimus ⁊ rapacissimus describatur: ⁊ inter immunda animalia in Leuitico ⁊ in Deuterono. figuratus, gulosos molles et mollia diligentes, escarum voratores et deuoratores qui immūdi sunt, vt supra probatum est, competenter designās. Remedium bonum esse videtur ꝙ statueretur ne vltra tria fercula ministrarent̄ nec in dictis tribus ferculis in quantitate excederent, nec in quolibet ferculo diuersas species comestibilium apponerent sicut frequenter faciunt capones, perdices, fasianos, cuniculos et lepores in vno incisorio, in tanta copia ministrādo, ꝙ d͂ hoc qd̄ in vno icisorio ponit̄ posset sufficienter seruiri .xj. vel .xij. personis. Et quod circa ministrationem vinorum, confectuum et specierum: et excessuum vestium in ipsis et familiaribus eorundē, modificatio haberetur in toto, et in domibus proprijs et alienis, et potissime in procurationibus et visitationibus circa quas multi prelatorū excedunt supra vices suas, ab illis quos visitant conuiuia sibi preparari facientes, contra prohibitionē Grego. defensori Sicilie factam: et cōstitutionē Pelagij qui prohibet (Cresconio scribēs) prandia enormia fieri: mandans scd̄m mediocritatem vniuscuiusq̧ loci, episcopo visitanti conuiuiū preparari: Tantusq̧ excessus est, ⁊ in preparatione conuiuiorum et in numero euectionum cōtra prouisionem concilij Lateraneñ. ꝙ interdum victum longi temporis breuis hora ꝯsumit, et vsq̧ ad extreme virtutis exinanitionem quasdā basilicas pdit Ʒ. vij. ca. quarti concilij Toletani.

¶ Rubrica. xxxvij. De inuidia ⁊ detractionibus ⁊ partialitatibus.



Peccatū inuidie nimis patenter et notorie videtur in ecclesia dei radicari. Nam vix est aliquod collegiū in quo propter dictam inuidiam diuisiones, scissure et partialitates non fiāt, ⁊ quantū in ipsis est vnitatem ecclesie que diuisionem nō capit, cōtra doctrinā Pelagij scindūt: et tunicam domini inconsutilem ⁊ indiscissam minutim per frusta discerpunt. sicut Hieroñ. attestatur: nec proficit cōstitutio concilij Carthagineñ. continentis ꝙ clericus fratrum profectibus inuidens, donec invitio est, nō promoueatur, Cū dicta constitutio non seruetur et ad iam ꝓmotos dicta inuidia que in interioribus medullis recondita est, sicut habetur in octaua synodo, dirivet. Et ex hac inuidia plurimi periclitātur in clero, sicut ⁊ propter prelationis inuidiam, Abel a Caym fratre suo extitit interfectus, sicut in Geñ. continetur. Ex hac inuidia multe false accusationes et delationes fiunt in clero ab his qui inuidie stimulis agitantur, sicut Anacletus papa testatur. Nec peius malum est ſm Grego. ꝙ christianos sacerdotibus

inuidere. Hec inuidia ab Isidoro deuitā clericorum plurimū reprobat. Dicit enim Clerici emulatiōes et obtrectatiōes et inuidiā fugiāt. Hec inuidia recte a dicto Esa. figurata est p lamias que a lamiando dicte sunt q̄ sicut Isidorus ait in lib. ethimolo. fabulose in fauces et laniatis narrātur. Et fm Greg. in gl. super illud Treñ. iiij. Sed et lamie nudauerunt māmam etc. Dicit quod dicte lamie crudeles sunt, et suis fetibus quos lamiarunt feruntur, per quas inuidi et detractores significantur: qui bonorum mores vitam quantum in ipsis est lacerare nituntur, deteriores fm Anacletum papam q̄ hi qui substantias aliorum prediaque diripiunt. Tales fm Grego. in puluerem sufflant et in oculos suos terram excitāt. vt vnde plus detractionis perflāt, inde magis nihil veritatis videant.

¶ Rubrica. xxxviij. De ira et odio et precipitatione in sententijs et alijs euitandis.

Peccatum ire et odij inter personas ecclesiasticas sicut de inuidia premissum est, fere in singulis collegijs notorie radicatur. Nec videtur clerus considerare quod beatus Petrus homicidorum tria genera, et eorum penam parilem esse dicebat. sicut enim homicidas interfectores fratrū, ita quoque eorum detractores eosque odientes homicidas esse manifestabat. sicut ex epistola Clemētis habetur hoc odium, sicut Isidorus de vita clericorum ait, maxime persone ecclesiastice fugere debēt, et odio peccata habere: nō homines, sicut Leo papa rustico narbonensi episcopo scribit: et ex officio suo eos qui se odio habent, aut longinqua inter se lite dissenserint ad pacem et concordiam inducere, et per censuram ecclesiasticam, si opus fuerit, compellere debent, sicut habetur in concilio Agathensi. Et super pace, quam odium impedit, conseruanda, sibiipsis mutuū cōsilium et auxilium, non obstante cuiuscunque amore vel odio, inpartiri, Sicut Innocētius papa secūdus testat, Nec odio nec rancore, nec ira debēt suas sententias fulminare: Nam illa prepositorum solicitudo est vtilis: Illa est cautela laudabilis in qua totū ratio agit, et furor nihil sibi vendicat. Quare restringēda est sub ratiōe potestas, nec est quid agendum priusquam cōcitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam cōmotionis tempore iustum putat esse omne quod fecerit. sicut Grego. imperatori Mauricio scribit, Ira sepe etiam innocentes ad crimen adducit, quia dum iusto amplius irascimur, et volumus aliena coher cere peccata, grauiora committimus, sicut Ambrosius attestatur, propter quod apostolus scribit romanis, Non vos vindicantes carissimi, sed date locum ire, hoc est declinemus eam, ne nos illa corripiat. Sūmo igitur opere precauendum est ne rectores ecclesie et qui publica iudicia exercent in dictādis sententijs nullatenus leuitate, aut furore ducti sint precipites, sicut ait Grego. Quod minime obseruatur ab his qui iuris ordinem in ferendis sententijs non obseruant. Et qui more et vltra morem laicorum se vindicant, et per se et per alios vindictas publicas fieri mandant et faciunt sub confidentia ecclesiastice libertatis: nullius pertimescentes culpam, quam se redimere nummis posse existimant, sicut Isidorus ait. Ex quo frequenter coniurationes et conspirationes, vt in decretali Gregorij decimi pro humani. contra assassinos, et contra illos qui per eos vindictas mandant fieri, non seruantur. ¶ Et insuper quia personis ecclesiasticis homicidia studiose perpetrantibus prebetur defensio in personis: et i ecclesijs receptant. q tū sicut dñs

precepit in exodo et continet decretalis Si per industriam occidat proximũ suũ et per insidias, ab altari dei euellẽdi sunt vt moriantur. Q: si executioni mãdaretur contra clericos et laicos per industriam occidentes: et degradarentur persone ecclesiastice talia homicidia studio se et voluntarie perpetrantes, summuz esset remediuz ecclesie sancte dei contra insolentias et scandala clericorum et religiosorum qui per certitudinem quam habent qđ propter talia maleficia non tradẽtur curie seculari, nec morti subijcientur qui ad sacros promouentur ordines, Ex dicta impunitate ad statũ clericalẽ accedit vt ex hoc et beneficio canonis si quis suadẽte diabolo, cuius sentẽtia videretur cum talibus retrahenda, fiant qui nequiores fuerant, nequiores. Congrue itaq; a dicto Esaia propheta hoc odium et ira per onocẽtaurum in autoritate proposita designantur. Nam onocentarus dicitur ab onos q est asinus et centaurus: Centauri autẽ fuerunt equites in bellis discurrentes, hominesq; notantes: figuram asini et hominis faciem pretendentes, sicut Ysodorus in libro ethimologiaruz scribit, vbi agit de portentis.

¶ Rubrica. xxxix. De accidia et negligentia et ignorantia.



Peccatum accidie et negligẽtie maxime radicatur in ecclesia sancta dei, malumq; exemplũ inde assumit vniuersus populus christianus. Nam pauci sunt in clero qui non vocentur, vel vocari possint in his que ad eorum pertinẽt officia, propter que sunt cõstituta stipẽdia et ecclesiastica beneficia, negligẽtes. Ex qua negligentia verendũ est q diuina contrahatur offensa. Maledictus eniz qui opera domini negligenter exercet, sicut Hieronymus testatur, Qui autem negligit viam suã (vt ait sapiens) mortificabitur: et qui timet deuz nihil negligit, sicut ecclesiastes ait. et in prouerbiorũ. j. vos quoq; increpationes meas negligitis pter qđ ego in interitu vestro ridebo: et cũ repẽtina calamitas superuenerit inuocabitis me et ego non exaudiam. Si ergo inspiciatur titulus de negligentia prelatorum, liquide apparebit q̃tum negligentia dei officit, Nam sicut in vno quoq; artiuz opere innenitur mater iustitia ita nouerca conditionis in ecclesia dei radicatur ignorãtia que mater est cunctorum errorum: et que maxime in dei sacerdotibus est vitanda: qui docendi officium in populo susceperunt: et qui scripturas sacras et canones scire debent, cum omne opus eorum in vita et predicatione et doctrina consistat: et cunctos edificare habeãt tam fidei scientia q̃ operum disciplina. Sicut habetur in cõcilio Toleta. Cum itaq; ignorantia scripturarum ignorantia Christi sit, sicut Hieronym⁹ in Esa. testatur. Et Paulus ad corinthios scribat, qđ si quis ignorat ignorabitur. Et Gregorius in moralibus dicat q qui ea que dei sunt nesciunt a deo nesciuntur. et Christus testetur q si cecus ceco ducatum prebeat, ambo in foueam dilabuntur.

¶ Rubrica xl. De primo remedio contra negligentiam, eruditionis in prelatis, scilicet qđ regula apostolica in promouendis seruetur.



Contra negligentiaz eruditionis et pestem ignorãtie remediari posset q seruaretur in promouendis ad prelaturas prout conuenientius fieri posset regula apostolica scripta ad Thimo. et Titum, videlz vt promouẽdi essent doctore

ctores, nō litigiosi, non cupidi, non neophiti. Sed prudentes, ornati, hospitales, pudici, et domui sue bene prepositi sicut gratianus prosequitur i decretis: Et sicut statutum fuit in concilio quarto Carthaginensi, cui Augustinus interfuit in. c. cum episcopus ordinandus est, antea examinet, si sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si peruigil, si semper suis negotijs cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, vel acutus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, vt taliter examinati et promoti secundum dictum concilium Carthaginense suscepto In nomine Christi episcopatu: nō sue delectationi, nec suis motibus: sed patrū diffinitionib⁹ acqdescat. Licet eñ sicut in Lateranensi concilio scribitur, In cūctis sacris ordinibus et ecclesiasticis ministerijs sint etatis maturitas morum grauitas, et literarum scientia inquirenda, multofortius in episcopo hec oportet inquiri, qui ad curam positus aliorum in seipso debet ostēdere qualiter alios in domo dei oporteat cōuersari.

¶ Rubrica. xli. De secundo remedio contra negligentiam eruditionis in curatis.

Remedium contra negligentiam eruditionis curatorum posset esse, vt seruaretur concilium Toletanum in quo statutum fuit, quod quando presbyteri in parochijs ordinātur, libellū officialem, idest continentem omnia ad officium curati pertinētia ab episcopo suo accipiāt, vt ad ecclesias sibi deputatas instructi accedant, ne per ignorantiam in diuinis scripturis offendant. Unde esset perq̄ vtile ecclesie sancte dei, quod componeretur vnus liber ad intelligendum facilis, ad studendum et retinendum vtilis, in quo poneretur canones penitentiales, quos non licet secundū Celestinum papam et Augusti. sacerdotibus ignorare. Et instructio plena traderetur eis circa cōfessiones audiendas et penitentias et satisfactiones iniūgendas, et circa administrationē sacramentorum ecclesiasticorum, et celebrationem et intellectum diuinorum officiorum, gubernationem animarum vtilia et necessaria esse viderentur, ita qd nullus secularis vel regularis posset ad sacerdotalem ordinem, nec aliquo modo curatum beneficium obtinere nisi in premissis esset competenter eruditus. Sicut enim perhibet magnus Dionysius, substantia sacerdotij sunt eloquia diuinitus tradita. Et sm Augustinum Si vnum de his que ad discendū necessaria sunt sacerdotibus defuerit, nomē vix in eis constabit.

¶ Rubrica. xlij. De tertio remedio cōtra negligentiam conditionis vniuersi cleri.

Remedium contra negligentiam cōditionis vniuersi cleri posset esse, vt secundum prouidentiam lateranensis et generalis cōcilij, ecclesia que sicut pia mater prouidere tenetur ne pauperibus q parentum opibus iuuari non possunt, legendi et proficiendi oportunitas subtrahatur, in vnaquaq; cathedrali ecclesia, et in alijs collegiatis et honorabilib⁹ magistros tenerent: qui clericos et seculares pauperes ciuitatis et diocesis in cantando et legendo et scribendo et grāmaticalibus et logicalib⁹ gratis instruerent, et pro doctrina sua nihil ab eis reciperent: sed ecclesiastica beneficia vel stipendia ab episcopis et capitulis ac collegijs et alijs prelatis assignarentur eisdē.

Et q in istis seruaretur doctrina: z constitutio concilij Toletani. In quo statutum fuit q illi quos a primis annis voluntas parentum clericatus officio mancipauit, mox detonsi vel ministerio lectorum tradi in domo ecclesie sub speciali presentia tenerentur sub vno cóclaui, vt lubrice etatis annos non in luxuria sed in disciplinis ecclesiasticis agerét deputati probatissimo seniori: quem z magistrum doctrine z testem vite haberent. Et q tales taliter enutriti. xviij. anno etatis sue completo, si clerici esse vellent castitatem seruire vouerent, et in clero remanerent, z ad ordines statutis temporibus promouerentur. Et si contrarium facerent rei sacrilegij fm formam dicti concilij haberentur. Et si contrahere vellent, xviij. anno expleto et voto nondum emisso, concessa ab apostolo licentia non negaretur eisdem. Si tñ cum vxoris et virginibus contrahere vellent, et priuilegijs ecclesiasticis gaudere vellent, sub ecclesiastica regula tenerentur, in bonis morib' viuerent z canendis psalmis inuigilarét, z ab oibus illicitis, cor et linguá z corpus deo acto re seruarent, sicut Gregori. Augustino anglorum episcopo scribit. Ex talibus autem et taliter enutritis qui in cathedralibus collegiatis et honorabilibus ecclesijs sub regula z disciplina ecclesiastica vsq ad. xviij. etatis sue annum cópletum enutriti essent, z in officio ecclesiastico et grammaticalibus informati possent illi qui magis apti, idonei z docibiles viderentur ad metropolitanam ciuitatem in qua essent magistri docentes in sacra pagina z in vtroq iure, z exinde ad generalia studia destinari.

¶ Rubrica. xliij. De beneficijs ecclesiasticis vnde posset dictis pauperibus magistris z scolaribus prouideri.

Et ad prouidendum talibus de quibus constaret q amplius ad seculú redire nó possent, sufficerent beneficia ecclesiastica que non absq animarú et ecclesiarum dispendijs z periculis in pluralitate tenentur: z detinentur a multis 9tra canonicas sanctiones, fm quas singula officia z bñficia ecclesiastica singulis sunt committenda z conferenda personis: nec debz quis in pluribus beneficijs intitulari. Et idem fuit in. x. ca. Calcedoneñ. concilij, z in synodo Placentie celebrata. In qua Urbanus papa affuit constitutum. Et a beato Gre. qui super hoc etiá omnibus episcopis scripsit. Et in synodo z etiam in concilio Toletano. Et ad idem concordant iura ciuilia z diuina. Tenent namq aliq propter fauorem quem in ecclesia habét, tot beneficia q viginti, z aliquando qnquaginta scolares z vltra possent in scolis sustétari de eis: Nec ita successiue beneficiati plus ceteris pauperibus communiter pficiút: quinimo frequentius deficiút z expendút in pompis z vanitatibus dies suos: z ecclesiasticos reddút emulatos eisdem. Posset etiam talibus clericis prouideri de beneficijs que diuitibus indebite conferútur. Nam sicut Hiero. ad Damasū papam scribit Clericos illos conuenit ecclesiasticis stipendijs sustentari, quibus parentum z propinquorum nulla bona suffragantur. Qui autem ex bonis parentum z suis operibus sustentari possunt, si qd pauperum est accipiunt, sacrilegium p fecto committút: z per abusione talium: iudicium sibi manducant z bibút. Prosper etiam in libro de vita contemplatiua scribit, q pastor ecclesie his quibus sua sufficiunt, nó debet aliquid erogare: q nihil aliud est habentib' dare, q perdere: nec illi qui sua possidétes dari sibi de ecclesia aliquid volút, sine grandi peccato suo vnde pauper victurus erat accipiunt.

cipiũt. De clericis quidem spiritus sanctus dicit per Oseam ppbetam, q pec cata ppli comedũt: sꝫ sicut nihil habẽtes ppriũ, nõ peccata: sed alimenta qui bus indigere videt accipiũt: ita possessores nõ alimẽta qb⁹ abũdãt, sꝫ aliena peccata suscipiũt. Et isert dict⁹ Prosp, nõ est meũ dicere q̃le peccatũ est qui cibos pauperũ p̃sumẽdo suscipiũt, q ecclesiã quam de proprijs facultatib⁹ iuuare debuerant, suis expẽsis insuper grauant.

¶ Posset etiam prouideri predictis de ecclesiasticis beneficijs que tenent multi alienigene in alienis regnis, quorum linguagia non intelligunt: nec habiles sunt ad curam exercendam in eis: nec in ipsis residere intendunt, et etiam possunt: que vtinam non teneantur cuꝫ solo periculo animarum ipsorum qui se excusare nituntur obtentu diuersarum dispensationum propter suam vel suorum importunitatem vel potentiam absq; euidenti necessitate vel vtilitate obtentarum. Illi enim qui sunt eiusdeꝫ linguagij et eiusdem regni et prouincie, ciuitatis ꝛ diocesis ꝛ ecclesie, ceteris paribus sunt alijs in ecclesiasticis beneficijs et prelationibus ꝑm iura preferendi. Et in hoc concordant iura a multis romanis pontificibus edita, et specialiter a Celestino, Pelagio, Gregorio, Innocentio, Leone, Stephano: ꝛ conciliũ generale ne pro defectu, ꝛ penultimum capitulum concilij Neocesarieñ. et. ij. et iij. capi. concilij Bracbareñ. et penulti. ca. concilij Taurineñ. ꝛ. viij. ꝛ. ix. ca. concilij Auraiceñ. ꝛ vltimum ca. concilij Valentini. ꝛ. xij. c. primi concilij Toletani. ꝛ. ij. c. ij. concilij Toletani. et. ij. c. concilij Bracbareñ.

¶ Posset etiam prouideri predictis de aliquibus parochialibus ecclesijs, que ita pingues sunt ꝛ abundantes qd relicta congrua portione vicario perpetuo, possent de eis multi scolares in studio sustentari. Tales autem possent teneri sub disciplina et regula ecclesiastica. et sub vno conclaui non solum in cathedralibus et collegiatis ecclesijs, vt est dictum, verumetiam in studijs prouincialibus et generalibus in quibus possent ad hoc per prouincias loca certa deputari. Et tales possunt se astringere prouincijs ciuitatibus et diocesibus et ecclesijs, de quarum bonis enutriti essent in scolis, q sine licentia se ad alias ecclesias non transferrent. Tales in puritate vite, et sub disciplina ecclesiastica enutriti ab infantia, et in sacra pagina et alijs scientijs informati possent cum bona conscientia assumi ad curam animarum, et regimen prelationum, et in dei ecclesia, secundum Danielem, velut splendor fulgerent firmamenti. Ex quibus postmodum posset copia doctorum haberi, qui velut stelle in perpetuas eternitates mansuri, valerent ad iustitiam plurimos erudire. sicut Honorius tertius attestatur. Et per tales posset processu temporis vita et doctrina vniuersalis ecclesia reformari. Potissime si ordinaretur ex nũc, et executioni debite mãdaretur, q viri literati ꝛ idonei, de qb⁹ multi repiunt, qb⁹ vel nullo modo, vel nũn⁹ cõpetẽter puisum est qbuscunq; alijs nõ idoneis ꝛ minus sufficientibus preferrentur in assequendis ecclesiasticis beneficijs, et officijs et prelaturis secularibus et regularibus ecclesie sancte dei, in qua Christus dedit potestatem filios dei fieri his qui nõ ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. sicut sacrum beati Joannis euangeliuꝫ attestatur. Et cessaret ex tunc forma pauperum et specialis forma promissionum, quo ad omnes qui nõ essent, sicut premissum est, bene literati, vita probati, et in etate legitima constituti.

¶ Rubrica quadragesimaquarta. De quarto remedio contra ignorantiam cleri, et negligentiã eruditionis.


Remedium aliud contra cleri ignorantiā posset adhiberi, vt omnes clerici non coniugati fugerent ociositatē, que ociositas est radix omnium malorum: et semper aliquid boni facerent, ne diabolus, secūdū doctrinā Hieronymi, eos occupatos inueniret. Et ꝙ secundum doctrinam apostoli, quando diuinis obsequijs non adessent, lectioni attenderēt et doctrine: et semper permanerēt in his. Quod etiam nulli conferretur prima tonsura, nisi competenter sciret legere et cantare: Nec minores ordines, nisi vltra predicta haberet maiorem instructionem: et nisi haberet vnde viueret: vel esset in scriptura vel aliquo artificio honesto taliter instructus, ꝙ inde vitam querere sibi posset: sicut fuit statutū in concilio Carthagineñ. Nā frequēter illi qui promouerentur ad titulos secularium personarum vel beneficiorum, propter eorum demerita dictos titulos perdunt, et sic mendicari et euagari coguntur. Et si omnes certi essent ꝙ aliter nō possent peruenire ad clerum, omnes addiscere, et eorum parentes et propinqui eis prouidere amplius conarentur: maxime si certi essent ꝙ beneficia ecclesiastica assequi non valerent, nisi haberent sufficientiam literarum, a quorum studio et laboriosa inquisitione retrahūtur, qui, presidentium parentū et diuitum fauore, vident iuuenes insufficientes et illiteratos prouectionibus literatis et meritis propter ambitionē et deordinationem rectorum et prelatorum ecclesie indebite anteferri. Et melius esset domini sacerdotium atq clerum paucos sufficientes habere ministros, qui possent digne opus dei exercere, ꝗ multos et innumerabiles habere inutiles: qui scdm Clementē graue onus et confusionē inducunt ecclesie sancte dei.

¶ Rubrica.xlv. De quinto remedio cōtra cleri ignorantiam et negligentiam eruditionis.

Remediū aliud posset esse cōtra negligētiam eruditionis et ignorantiam cleri, vt specificaretur et declararetur que scientia literarum: et que sufficientia est in singulis gradibus, et statibus ecclesiasticis, requirēda: et qđ sine ea nullos ad dictos gradus et status admitteretur: Et insuper qđ diuersitas glossarum et scriptorū que est ī singulis facultatib9, que diuersitas et varietas cū multiplicitate et plixitate ac similitudine dictorum et recitatorum, studentiū sensus hebetat, tēpus et facultates consumit, confusionem et ignorantiā inducit: Cum ex hoc textuū et originalium notitia contēnatur, reduceret per certos magistros in qualibet facultate approbatos et deputatos, resecatis superfluis, similibus, et cōtrarijs, ad compendiū veritatis: quod compēdium approbaretur per apostolicam sedem. Et sic scolares et magistri qui pre nimia paupertate dicta scripta habere non possunt: et quātū habēt temporis in eis consumunt, plus in quinq annis proficerent ꝗ faciant nunc in decē. Et ordinaretur ꝙ singula studia reformarentur per locorum ordinarios et rectores et magistros, ita ꝙ scolares vacarent scientie et non vanitatibus et dissolutionib9, pōpis, cōuiuijs, dissentionib9, partialitatibus atq brigis. Non enim gerunt se communiter tanꝗ persone ecclesiastice, sed potius tanꝗ seculares vel peius: et conantur plus expēdere ꝗ possunt: et ꝗ expenderent in patria eorundem: et maiores se ostendere ꝗ sunt de veritate nō tantum scientie quantum de ostēsionibus notorijs brocardicorum et verborū folijs curam gerentes et vacui a scientia recedentes. Et multi indebite efficiuntur magistri, qui nondū formā discipuli didicerunt: et libros facultatis in qua magistri sunt, non legerunt: super quibus esset omnibus prouidendum et dicta studia

cta studia reformāda et ad antiquū statum qui non erat pomposus, nec sumptuosus, nec inordinatus, nec iquietus solicitudine paterna que consilium capere debet pro liberis et ecclesie filijs reducenda. Esset insuper vtile qd̄ concilia generalia hactenus celebrata in singulis studijs et insuper in omnibus cathedralibus et collegiatis ecclesijs haberētur, vt qui vellēt possent habere copiā de eisdem: et q̄ idem fieret de canonibus penitentialibus et de alijs libris et scriptis vtilibus pro salute et regimine animarum.

Rubrica. xlvj. De prima negligentia circa curam animarum quia causas electionū romana ecclesia ad se trahit: et ecclesie remanent viduate.



E negligentia prelatorum, rectorum, curatorum et ministrorum ecclesiasticorum, circa curam animarum commissarum eisdem, circa quarum custodiam attenti esse debent, sicut dicitur in actibus apostolorum: quia ab eis grex q̄ ipsis datus et commissus est, pecus inclitum scdm̄ Hieronymū, requiretur: et pro quo animam pro anima reddent, et se reddituros spondent ēt notorie deprehenditur et notatur in ecclesia sancta dei quia manifeste apparet q̄ ecclesia romana causas electionum multis vijs et remedijs ad se trahit, et ecclesie remanent ex hoc longis temporibus viduate: Gregem q̄ dominicū ppter defectū pastoris lupus rapax inuadit: et ecclesie in earum iuribus et facultatibus dispēdia grauia patiuntur, contra prouisionem concilij generalis, qd̄ volens in hoc periculis occurrere animarū et ecclesiarum indēnitatibus puidere, statuit vt vltra tres menses cathedrales vel regulares ecclesie quando vacarent, nō differretur electio: ne pastore ecclia esset destituta. Que quidem prouisio quodammodo est inanis cum propter appellationē inanem et friuolam deductam ad romanā curiam, per plures annos ecclesie remaneāt viduate, et suis facultatibus spoliate, modica consideratione de dicta cura habita animarum, et lites efficiuntur ibi quodammodo immortales.

Rubrica. xlvij. De secunda negligentia circa curam animarum: q̄ prelati et curati non resident.



Egligentia etiam circa Curam dictarum animarum manifeste apparet: quia per romanam ecclesiam absq̄ euidenti necessitate vel vtilitate dispensatur cū multis, vt pluralitatem beneficiorum curatorum obtineant: Et q̄ nō teneantur ad tempus valde longum residentiam facere personalem: et dictam curam habentes et etiam prelati absq̄ necessitate et vtilitate predictis, longis tēporibus in romana curia detinentur et diuersis vijs ab ecclesijs que eisdem et eorum cure cōmisse sunt, se absentāt. Nec seruatur rubrica de clericis non residen. in ecclesia vel prebēda: nec ēt. lxiij. cap. cōcilij Agatheñ. in quo statuitur q̄ presbyteri et diaconi qui vltra tres ebdomadas ab ecclesijs suis defuerint: et episcopi qui in eis in epiphania, pascha, et penthecoste non fuerint, suspendātur. Non seruatur etiam. xxxviij. c. dicti concilij Agatheñ. et alia iura in quibus precipitur q̄ dimissis curis et ecclesijs non debeant euagari. Non seruantur etiam xiiij. et xv. c. Sardiceñ. concilij, continentia q̄ episcopi in alienis prouincijs non morētur: nec possessiones acquirāt: nec penultimum capitulū eiusdem concilij: nec. iij. c. conci. Antbiocheni, nec. xx. ca. et. xxiij. c. concilij Calcedoneñ. probibētia ne dicti prelati se absentent.

De visitan.

De dispen. ... curata

¶ Rubrica. xlviii. De tertia negligentia cure animarum quia inhabilibus cõmittitur qui eam exercere nesciunt.



Negligentia contra dictaȝ curam animarum manifeste apparet: quia non soluȝ curata beneficia et simplicia verum etiam duplicia, et qd detestabilius est, prelature committuntur talibus qd publice et notorie propter defectum etatis vel scientie: vel propter alia constat laicis et alijs esse inhabiles ad curaȝ huiusmodi animarum, de quarum perditione, licet preciosiores sint cunctis corporibus et corruptibilibus rebus, parum curari videtur: eo qd per generaleȝ abusum prelatoruȝ ecclesie talibus committantur quibus non vsquequaqȝ forsitan suffragatur si per alios fieri faciant qd tenentur personaliter facere per seipsos cum per virum proprium et non alienũ cui copulatur ecclesia habeat fecundari. Hieremias namqȝ dicit cõstitui te vt euellas scilicet vitia: et plãtes scȝ virtutes. Et in Joan. dicitur qd pastor debet precedere gregem ꝛ oues voceȝ eius audiunt. Et de Aaron dicitur in libro sapien. qd stans inter viuos et mortuos restitit ire dei. Sicut enim speculator secundum Bernardum non debet esse cecus: nec dux claudus. Sic nec preco id est curatus debet esse mut⁹. Preconis enĩ officium accipit qui curam assumit animaruȝ. Sicut Grego. in. xv. capi. sui pastoralis exponit. Labia nãqȝ ei⁹ custodire debent scientiã: et subditi eius legem eius requirunt: quia est angelus ꝛ nuncius domini exercituum. sicut Malachias dicit quem per Esaiam dominus admonet dicens. Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam ꝛ annuncia populo meo scelera eoruȝ, ꝛ domui Jacob peccata eorũ. Tales inhabiles non clamant, nec predicãt, nec populis eorum scelera annunciant, nec confessiones audiunt, nec de cura animaruȝ se in aliquo intromittunt. Sed duntaxat de reddi tibus percipiendis sacculuȝ pecunie secum ferẽtes in die plenelune id est quãdo redditus colligendi sunt reuertunt. sicut dicitur per Salomonem de alio qui vir est: cui curatus propter fecundationem et fidem equiparatur in figura.

¶ Rubrica. xlix. De quarta negligentia circa curam animarum que publice peccatores nullo modo vel insufficienter puniuntur, nec publice euitantur, nec eorũ oblationes respuũtur. ꝛ qd pene pecuniarie ꝯuerterent in pios vsus.



Negligentia etiam predicta circa curam animarũ apparet: qꝛ publice peccatores secunduȝ doctrinam apostoli dicentis ad Thimoteuȝ peccantem coram omnibus argue vt ceteri metum habeant, non puniũtur: nec admonitio Christi adimpletur dicentis vt peccantes primo secrete, Secundo duobus vel tribus testib⁹ adhibitis arguãtur. Et si emendare contempserint tanqȝ ethnici et publicani euitentur, Hieronymus aũt exponẽs illud numeri, qꝫ vno peccante ira dei super omnem populum venit, dicit qꝫ hoc accidit quando sacerdotes qui populo presunt erga delinquẽtes beniuoli videri volũt ꝛ verentes penitentiuȝ linguas ne forte de eis male loquantur sacerdotalis seueritatis immemores. Ex tali autem iniusta misericordia in discrimen alij adducuntur, et sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur, sic etiam vno fornicatore vel aliud quodcũqȝ scelus cõmittente plebs polluit vniuersa. Unde ꝟm Hierony. secãde sunt putride carnes ꝛ scabiosa a caulis ouis repellenda est, ne tota domus massa, corpus ꝛ pecora ardeãt, corrũpãtur, putrescãt, ꝛ intereãt. Adulteri

Adulteri eñ et peccatores publici per curatos ⁊ prelatos non euitantur qđ est cõtra iura. Nam in xlvij.c.cõci. Eliber-tani fuit cõstitutũ, q̄ si quis fidelis ha bens vxorem, non semel sed sepe mecha-tus fuisset, ei cõio non daretur. Et scđz Augusti. de adulte. cõiuga. magis pu-niendi sunt viri adulteri quam vxores adultere, pro eo q̄ magis ad eos perti-net ⁊ virtute vincere et exẽplo feminas regere: nec seruantur a dictis prelatis ⁊ curatis iura continentia q̄ oblationes taliũ publice peccantiũ non recipiãtur, lz in. xciij. c. cõcilij Cartaginẽ. statutũ sit q̄ oblatiões discordãtiũ fratrũ neq̄z in sacrario neq̄z in gazophilatio recipian-tur, et similiter dona eorum qui paupe-res opprimunt a sacerdotibus refuten-tur. Et idẽ statuit Nicolaus papa de re-spuendis oblationibus sacrilegorum ⁊ inuasorum ⁊ depredatorum rerũ eccle-siasticarum. Idem etiam scripsit Augu stinus in prima epistola ad Bonifaciũ ca. j. de respuendis oblationibus illius qui per violentiam de ecclesia seruum ex traxerat qui fugerat ad eandem. et ad macedo. scripsit idem de offi. qui contra ius societatis humane furtis, rapinis, calũnijs, inuasionibus, ⁊ oppressionib⁹, aliqua abstulerũt, que Zachei publica ni exemplo reddenda sunt potius q̄ do nanda. Indecens namq̄z videtur scđm predictum Augustinũ q̄ oblationes re cipiantur a talibus: et a publicis vsura-rijs, aleatorib⁹, histrionib⁹, simoniacis, lenonibus, meretricibus, et consimili-bus. Videretur esse remediuz cõgruũ q̄ iura huiusmodi seruarentur, vt rubore suffusi ad sinum et gremium sancte ma tris ecclesie facilius et citius cõuerterẽ-tur: cum hec causa reddatur ꝓpter quã excommunicati vitari iubentur. Quali ter autem talis negligentia correctio-nis in prelatis et superioribus eorundẽ mortalẽ peccatũ inducãt: et ẽis propter dictam negligentiam correctionis sub-ditorum mala imputetur cum ex negli gentia videãtur ea fouere, tactum fuit supra in fine rubrice de tertio modo re-formationis ecclesie.

¶ Alia negligentia correctionis est: q̄r grauia ⁊ grauissima delicta ⁊ scelera per personas ecclesiasticas perpetrata quã do ea puniri cõtingit, puniuntur in pe-cunia: cum deberẽt talia perpetrantes, perpetuo carceri mancipari.

¶ Et hoc ſm Hieronymũ est in ecclesia dei afferre stateras dolosas, in quib⁹ pro arbitrio modo appendim⁹ qđ volum⁹: dicentes hoc graue est, et hoc leue: cum tamen hoc quod sceleratius est commis sum, deberet esse grauius vindicatũ: Re medium autem esse videretur quod pe-ne pecuniarie que ab ecclesia pro crimi nibus ⁊ personis ecclesiasticis recipiun tur, cõuerterentur in pios vsus sicut tra dũt aliqui doctores esse faciẽdũ de iure.

¶ Rubrica. l. De prima negligẽtia pre latorum et curatorum ecclesiasticorum circa ecclesiasticum officium et cultum diuinum.

Ecnegligẽtia nimis ma nifeste apparet in clero tam in capite q̄ in mem bris: et vtinaz non verifi cetur verbum in clero Esaie dicẽtis, populus hic labijs me honorat cor autem eorum longe est a me. Et illud quod in macha beis scribitur de his qui contempto tẽ-plo et sacrificijs festinabant participes fieri palestre hoc est vanitatum et occu pationum secularium. Nonne notorius est abusus communiter prelatorum, qui propter curam temporaliũ obmittunt curam spiritualiũ, ⁊ solẽnitatẽ diuino-rum officiorum, prouisionẽ anacleti Pa pe non seruãtes, qui statuit q̄ quia ipsi

episcopi vniuersiq; sacerdotes ad solaz laudem dei honorumq; operum occasionem constituuntur tam pro suis quã etiam ecclesiasticis actionibus aduocatos et economos bone opinionis haberent, ne dum humana lucra attendunt. eterna premia perderent. Apostolus scribit quod nemo militans deo se implicet negotijs secularibus: propter qđ fuit in canonibus apostolorum, et in sacris concilijs Carthagineñ. et in alijs et a multis romanis pontificibus constitutum, quod prelati et cetere persone ecclesiastice non immiscerent se negotijs, placitis, curijs et actionibus secularibus, sed diuinis officijs, orationibus et sacrificijs deseruirent, quod tamen minime obseruatur. In quarto concilio Carthaginensi. xiiij. et. xv. capitulis et sequenti: extitit constitutum quod episcopi hospitiolum non longe ab ecclesia haberent vt diuinis congrue vacare possent: quod minime obseruatur, cum vnusqsq; maneria sua, et castra et loca remota exquirant, etiam aliquando in prouincijs alienis, contra prohibitionez. xiiij. et. xv. c. concilij Sardicensis. In quinto etiam. c. quinti concilij Carthaginensis fuit constitutum vt nulli episcopo esset facultas, relicta cathedrali ecclesia ad aliquam ecclesiam sue diocesis se conferret in ea vel in re propria diutius immorari, ne ex hoc curam vel frequentationem proprie cathedre negligeret. Et in xv. et. xvj. capitulis Nicene synodi ex eadem causa extitit cõstitutum quod episcopi et reliqui clerici de ciuitate ad ciuitatem non migrarent. Et Grego. statuit quod episcopus deputaret in monasterio, qui in sua ecclesia contemneret residere. Ex ea etiam causa fuit in vigesimo capitulo tertij concilij Carthaginẽsis constitutum quod episcopi sine licentia metropolitani longius non proficiscerẽtur. Ex eadem etiam causa processit ordinatio concilij Agathensis septuagesimiprimi capituli quod dicti episcopi, curati et clerici in diebus solẽnibus scilicet natiuitate domini, epiphania, pascha, pentecoste se a clero et ab ecclesia non absentarent. Et constitutio Gelasij pape quod sine autoritate papali vel concilij prouincialis ad comitatus regales non accederent. Et illud vltimi capituli concilij Aurelianñ. in quo statuitur quod diebus dominicis si infirmitate impediti non fuerint, ecclesie cui proximi fuerint, deesse non debent, et consimilia. Pauci etiaz sunt ex dictis prelatis et superioribus eorundem qui ad officium cum solennitate et absq; occupatione et interpellatione dicendum et audiendum insistant: sz alijs occupationibus, et aliquando sine nota indeuote et sincopatiue dicitur et minus competenter.

¶ Rubrica quinquagesimaprima. De secunda negligentia canonicorum et aliorum qui officio non intersunt: vel si intersunt, confabulantur aut per ecclesiam discurrunt.



E negligentia vero secũda canonicorum et aliorũ in cathedralibus et collegiatis ecclesijs deseruientiũ notoria sunt exẽpla. Nã pauci ex eisad matutinũ vel ad horas nisi magnum emolumentum temporale et magne distributiones et manualia percepturi sunt, cõueniũt, alias nõ venturi: sz in locis suis et domibus remansuri. nec sufficienter constitutiones seruentur, nec, xxxiij. ca. concilij Aurelianeñ. in quo cauetur qđ tales clerici qui officio adesse contemnunt episcopi arbitrio recipiant ecclesiasticam disciplinam. Et idem a papa Pelagio extitit constitutũ. In. xxj. aũt c. concilij Elibertani cauet q̄ si qs in ciuitate positus p tres dñicas ad eccłiam nõ accesserit

non accesserit qd pauco tempore abstineatur. causa correctionis: et consimile in canonibus apostolorum extitit constitutum. Predicti etiam canonici et persone ecclesiastice dum diuina officia peraguntur, frequenter confabulantur ad inuicem, vel dormiunt, vel officium turbant diuinum. Aliqui vero eorundem de choro (dum diuina peraguntur officia exeuntes) per ecclesiam ambulant, ne distributionibus defraudentur, virorum et mulierum se confabulationibus, iocis, risibus, et applausibus immiscentes. Alij vero quamquam existant presbyteri et a predictis illicitis se abstineant, tamen vix missarum solennia quater in anno celebrant: nec contra premissa sufficit nec proficit prouisio concilij generalis, in quo sub pena suspensionis inhibita sunt supradicta. Quare opus esset de alijs remedijs prouideri, et declarari quod distributiones cotidianas non reciperent, si personaliter intra chorum celebrando officio non adessent. Et posset ordinari quod possessiones que in diuersis locis dantur absentibus in studio non residentibus sed ex alia causa illegitima absentibus distribueret inter presentes qui diuino obsequio interessent.

¶ Rubrica. lij. Qualiter tertio principes et populus negligunt officium: quia vident negligi a prelatis et clericis, cum tamen ex integro audire diuina officia teneantur.

Ex predictis autem insolentijs et negligentia circa diuinum officium in principibus et populis istructio diriuatur. Nam multi ex dictis principibus dum missarum solennia sibi faciunt celebrari, qua si continue pro alijs negotijs audientiam prestant, vel circa alia vacant ad officium non intendentes: nec orationibus insistetes. Nonulli ex nobilibus, potentibus et alijs popularibus, ad ecclesiam dumtaxat conueniunt dum est corporis Xpi eleuatio facienda: et eleuatione facta festinanter recedunt: et vix dicunt intra ecclesiam pater noster. Unde videretur super hoc prouidendum, vt solum ea que super hoc hactenus constituta sunt seruarentur. Fuit autem statutum in concilio Agatheñ. ca. xlvij. et preceptum secularibus, vt in diebus dominicis missas per ordinem ex integro audirent: ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi non presumerent: Et si contrarium facerent quod publice ab episcopo confunderentur. In canonibus apostolorum fuit constitutum, quod omnes fideles in solennitatibus ad ecclesiam conuenirent: et scripturas apostolorum et euangelium audirent: Qui autem non perseuerarent quousque missa perageretur, nec sanctam communionem perciperent, velut inquietudines ecclesie commouentes, communione priuarentur. In. iiij. concilio Cartagineñ. c. lxxxiiij. et. lxxxviij. fuit statutum, quod dictus populus ad ecclesiam conueniret: et qd ille qui, sacerdote verbum in ecclesia faciente, egrederetur, excommunicaretur. In concilio Aurel. fuit constitutum in. c. xxij. quod populus non discederet antequam missa ex integro celebraretur: et antequam benedictione missa completa reciperet a sacerdote si tempus deesset: Et in. lxxxviij. iiij. concilij Cartagi. fuit statutum quod excõicaretur qui pretermisso ecclesie conuentu ad spectacula iret.

¶ Rubrica. liij. De quarta negligentia circa diuinum officium: quia festa non colunt et peiora quam diebus alijs committuntur.

Negligitur insuper diuinum officium, eiusque cultus: quia dies festiui et dominici, sicut iura precipiunt, non coluntur nec seruantur: quinimmo placita iudiciaria, opera rusticana et mundana et mercata fiunt, et tenent in eis: contra precepta

decalogi in quibus precipitur, memento sanctificare sabbatum: et etiam cōtra iura que super hoc non seruantur: et interdum in dictis diebus dominicis et festiuis plura perpetrantur mala quam fiant tota ebdomada: nec populus videt curare de diuinis, sed de cantib⁹, iocis, ballis, tripudijs, et cantilenis inhonestis, et turpibus: etiam intra ecclesias, et cemiteria earundem, de die et de nocte predictis vanitatibus insistendo, nec seruatur. c. vlti. iij. cōcilij Toletani, in quo statutum fuit quod predicta irreligiosa consuetudo secūdum quam vulgus qui debet ad diuina officia conuenire predictis saltationibus et cantationibus intendit, a singulis prouincijs pelleretur. Non seruatur etiam. xviij. c. cōci. Agatē. in quo statutum fuit quod seculares qui in natali domini, pascha, et pēthecoste, nō communicarēt, catholici non crederentur, nec iter catholicos haberētur: Nec ordinatio Fabiani Pape, in qua statutum fuit, qd saltem ter communicarent in anno: nec etiam. xiij. ca. primi concilij Toletani, in qo illi qui ecclesiam colūt et non communicant statutis temporibus, excōmunicari iubentur.

¶ Rubrica. liiij. De quinta negligentia circa officiū: et vt distincte horis cōpetentibus sine motetis dicatur: et quod nimis prolixum abreuietur.


Alia negligentia circa diuinum officium est: quia in ecclesijs parrochialibus potissime, non dicitur competentibus horis nec distincte nec intelligibiliter, sed cū barbarismis et soloecismis, sicut Augusti. in lib. de Cathechizandis rudib⁹ ait: Sed vtinā excusari possent cum eodē Augustino tales, vt vniuersi cognoscerent eos magis morū deuitare vitia quam verborum: vt sic cordi casto linguam exercitatam non preferrent. Naz sepe, sicut ait Gregorius, dum in sacro misterio blanda vox queritur, congrua vita negligitur: et cantor deum morib⁹ stimulat cū populū vocib⁹ delectat. Cantatur namque in ecclesia frequēter vt diuinis officijs moteti et cantilene inhoneste et cantus lasciui. Et contra doctrinam Hieronymi super epistolam ad ephesios, guttur et fauces more cantorum tragediarum medicamine liniunt: vt in ecclesia in diuinis officijs eorum blanda voce theatrales moduli audiantur et cātica, In quibusdā etiam ecclesijs cathedralibus regulariū et secularium personarū, secundum dictum Hieronymi, nō mediocriter erratur: et mediocre bonū magno bono prefertur ex nimijs vigilijs que in ipsis ecclesijs propter prolixitatem lectionum cātuum et aliorum diuinorū fiunt: Talia facientes et officium continuantes, sensus integritatē amittunt: et propter immoderatam atque indiscretam psalmorum vel officiorum decantationem aut amentie, aut tristitie, aut melencolie vota incurrunt, ac si deus vt homo verborū multitudine flecti posset: aut tantū verbis et non corde orandus esset deus. Quapropter ſm eudē Hierony. melior est quinque psalmorum decantatio cum cordis puritate ac serenitate et spirituali hilaritate quam psalterij modulatio cum anxietate cordis atque tristitia. Remedium igitur in premissis esset per contrarium apponendum.

¶ Rubrica. lv. Quod officium romane ecclesie vbique dicatur: et qd dicendum sit probatur.


Et insuper quod officiū ecclesiasticum vniformiter in tota ecclesia dei diceretur sicut dicit in ecclesia romana: cuius consuetudo

suetudo esset ab omnibus in hoc obseruanda cum debeat esse omnibus in speculum et exemplum: nec alterius ecclesie quam romane in consecrandis misterijs et archanis agendis consuetudo conseruanda sit: cum id qd a beato Petro principe apostolorum romane ecclesie traditum est, ac nuncusque custoditur ab omnibus, debeat obseruari: nec supduci aut introduci aliquid qd autoritatem debeat aliunde accipere vel exemplum, Presertim cum sit manifestum in omnem Italiam et Galliam et Ispaniam et Affricam atque Siciliam et insulas interiacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos quos venerabilis apostolus Petrus aut successores eius constituerunt sacerdotes: nec in predictis prouincijs alius apostolus inuenitur aut legitur docuisse. Propter que Innocentius papa in decretis decentio episcopo scribens, infert quod oporteet eos sequi in pmissis hoc qd ecclesia romana custodit: a qua principium eos non est dubium assumpsisse nedum peregrinis sermonibus studeat, caput institutionis perdere videantur.

Rubrica. lvj. Quod in quacunque prouincia officium vniformiter est dicendum, et etiam in eodem regno: et a regularibus sicut a secularibus: et de vtilitate consecuta ex conformitate officij.

Hactenus autem statutum fuit in primo capitulo concilij Gerundeñ. qd sicut in metropolitana ecclesia officium agitur, ita in tota prouincia tam ipsius misse ordo quam psallendi vel ministrandi consuetudo seruaretur. Et hoc idem fuit in .iiij. c. xj. conci. Toletani constitutum, qd capitulum ponitur in decretis et ab habilibus et alijs regularibus etiam precipitur obseruari. In scdo etiam. c. iiij. concilij Toletani dicitur quod nulla pene res magis discipline mores ab ecclesia Christi depulit quam inordinata diuersitas officij que apud carnales scismatis errorem videtur ostendere: et multis est materia scandalorum. Unde qui in vna fide et in vno regno morantur, vnum officium in dicto concilio dicere precipiunt. Et ad idem concordat statutum concilij Bracharen. continens quod vnus atque idem ordo psallendi in matutinis et diuinis officijs teneatur. Si igitur predicta remedia et idem psalendi ordo seruaretur, vniuersalis ex hoc ordinatio et vtilitas ministrantium in dei ecclesia sequeretur, et illi qui in vna ecclesia essent bene instructi in diuinis officijs, essent vbicunque instructi: et possent vbicunque collocari. Nam cum diuerse ecclesie diuersas habeant in diuinis officijs obseruationes, et difficile sit inexpertos, sicut Grego. fortunato episcopo scripsit, dominum obsequijs associari, et grauius ad dei seruitium applicari, illi qui nunc sunt apti et experti in diuinis officijs in vna ecclesia, sunt inhabiles et inexperti in alia, a qua si recesserint mendicari coguntur: Sequerentur etiam ex predicta ordinatione multa alia bona licet magna librorum exinde perditio sequeretur: et aliqui sancti de quorum veneratione per vniuersum orbem sit memoria et in romana curia eorum non habetur notitia, forte non venerarentur per diuersas nationes sicut nunc venerantur: et posset inde referuescere laicorum deuotio, nisi prouideretur de remedio competenti circa venerationem predictam: et circa perditionem librorum, in qua posset prospici faciendo rubricas generales de omnibus que ad officium ecclesiasticum spectant, ita quod psalmi et alia que vniformiter scripta sunt, vniformiter dicerent: ibis aut in qb est difformitas sicut in lectionibus antiphonis et rnsorijs, vnum de vna materia vel historia iuxta

ecclesiarum consuetudinem pro alio di ci posset. Et fm hoc cum paucis additamentis ecclesiasticorum librorum deperditio vitaretur.

¶ Rubrica. lvij. Quod regulares relinqui possent ceremonijs suis quo ad officium diuinum.

Si etiam regulares qui circa officium magis insistere habent ex premissis grauarentur, possent relinqui ritibus et ceremonijs suis, cum sicut Nicolaus Michaeli imperatori scribit. Sancta romana sciat ecclesia quod nihil obsunt saluti credentium diuerse pro loco et tempore consuetudines, si illis canonica non obsistat autoritas, pro qua eis obuiare debemus. Et fm Hierony. ad Lucinanū. Traditiones ecclesie presertim que fidei non officiunt, sicut a maioribus fuerunt tradite, sunt seruāde: nec aliquorum consuetudines aliorum contrario more subuerti debeant. Greg. Augustino anglorum episcopo scribit, placere eidem quod ipse Augustinus, siue in romana, siue in gallicorū, siue in qualibet ecclesia inuerit quod plus omnipotenti deo possit placere eligat, et hec quasi in fasciculum collecta in anglorum ecclesia que in fide nouella erat, instituat. Et fm Augustinum ad Januarium, quod neque cōtra fidem, neque contra bonos mores esse cō mittitur, indifferenter habendum est, et pro eorum inter quos viuitur societate seruandum. Et mos cuiuslibet ecclesie obseruandus, ne inde ad scandalum subsequatur. Quod tamen Gratianus intelligit de illa consuetudine que vel vniuersalis ecclesie vel temporum prolixitate roboratur: quia si pro varietate temporum, vel locorum vel aliorum varie consuetudines inducantur, inuenta oportunitate resecande sunt potius quam seruande. Jn quo etiam Augusti. ad inquisitores Januarij scribens concordat pro eo quia quamuis inueniri non possit quomodo contra fidem sint, ipsam tamen religionem confundunt quam in paucissimis et manifestissimis celebrationum sacramentis, misericordia Dei voluit esse liberam.

¶ Rubrica. lviij. De sexta negligentia circa cultum diuinum in defectu ornamentum, et sine eis deseruientium.

Alia negligentia fm cultum diuinum est in ecclesiasticis ornamentis: quia in multis ecclesijs parochialibus, et maxime in pertinentibus ad presentationem, collationem vel dispositionem religiosorum exemptorum, est generalis defectus vestium et indumentorum sacerdotalium et ministrorum ecclesiasticorum, necnon et librorum calicum et aliorum ornamētorum ecclesiasticorum. Et in aliquibus alijs ecclesijs sunt ita vilia et sordida vestimenta, quod abominationem inducunt. Jn nonnullis vero ecclesijs celebraturi presbyteri desuper tunicam vel supertunicale: aut tabardum in conspectu populi absque rocheto seu camisia romana, vestes sacerdotales apponunt. Jn alijs sacerdotalibus ministrantes, et in ecclesijs deseruientes supelicium non deferunt, nec habitum clericalem. Et in aliquibus religionibus laici conuersi sacerdotibus seruiunt: et in generali confessione que ante introitum misse fit a sacerdote, dicti laici et clericuli, et pueri more alterius sacerdotis presbytero celebranti respondent et quodammodo absoluunt eundem a peccatis generaliter confessatis, et si nequaquam habeant potestatem. Cum itaque fcōm doctrinam apostoli ad Corinthi. et ad Titum. Sacerdotem oporteat esse ornatum. Et in veteri testamento. Sacerdotes dei et ministri templi ex preceptis

domini

domini varijs vestibus et ornamentis, sine quibus officium suum exequi nõ au debant leguntur fuisse ornati, quod de exteriori etiam ornatu non solum de ornatu virtutum intelligendum est, scdm Hieronymũ. et ſm eũdem tales sordes laudes non parant. Et beatus Joannes in apocalip. describat contra prefatos defectus ornamentorum et absq ornamẽtis deseruientes, esset de contrarijs remedijs prouidendum, cum sicut Greg. decimus ait, deceat domũ dñi sanctitudo, deceat vt cuius factus est in pace locus eius, sit cultus cum debita veneratione pacificus. Que constitutio Grego. q̃q̃ sancta et vtilis, non seruatur.

¶ Rubrica. lix. De septima negligentia, quia laici et infacrati homines reliquias et deo dicata ornamenta contingunt, et sacrarium intrant, et cruces portant.

Alia est negligentia circa diuinum obsequium atq cultum: quia prelati permittunt quod reliquie sanctorum teneantur a layco et etiam ostendantur, cruces et thuribula portentur, et alia ad cultum diuinum pertinentia fiant per dictos laicos que perinent ad officiũ clericorum: Nec seruantur iura nec remedia contra hec hactenus constituta ſm que constitutũ fuit in. lxvj. ca. concilij Agatheñ. q insacrati ministri licentiam non haberent ingrediendi sacrarium, quod greci diaconium appellant. Et q vasa dominica non contingerẽt. Et idem statutum fuit in concilio Laodiceñ. et in primo concilio Bracharẽ. et in cõcilio Martini pape, et, in concilio Maguntino, in quo etiam fuit superadditum q dicti laici secus altare stare vel sedere inter clericos non presumerent quando misteria celebrantur. Item statuit Sixtus papa causam dicte constitutionis assignans, vt pro talibus presumptionibus iratus dominus plagam populo suo imponat, et hi qui non peccauerunt pereant: quia perit se pe iustus pro impio. et Stephanus papa ait, Verendum esse ne vltio que baltasar percussit super transgredientes veniat, et corruere ad ima faciat. A talibus exemplum Oze, qui morte subitanea interijt, quia manum ad archam domini apposuit, est plurimum formidandum.

¶ Quod clerici sine supellicio nõ psallant.

Non solum autem predicta laicis prohibentur, verumetiam clericis in maioribus ordinibus constitutis: Nam fuit constitutum in concilio Brachar. et in. xlij. et. v. capitulis tertij ɔcilij Bracharẽñ. q non liceret cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, nec alijs nisi illis q ab episcopo subdiaconi fuissent ordinati: quodq dicti lectores nõ ingrederentur sacrariũ nec psallerent in ecclesia existẽtes in habitu seculari.

¶ Rubrica. lx. De negligentia circa reparationem ecclesiarum et luminarium.

Alia vero negligentia dictorum prelatorum et curatorũ est circa reparationem ecclesiarũ: q eas nõ faciũt reparari, nec luminaria debita ĩ ecclesijs dũ diuina pagunt officia fieri: Nec in aliqb9 eccl'ijs et monasterijs potissime religiosor ad eleuationẽ corpis christi tortitia accenduntur, nec campanella pulsatur sicut est debitum, et in ecclesia fieri consuetum. Dicti etiam prelati ac curati ad predicta onera reparationis ecclesiarum luminaria tenenda, et sartatecta restituenda frequenter cõtribuere nolũt contra constitutionẽ cõcilij generalis, q̃q̃ tertia pars reddituũ p reparatione luminaribus et sartatectis pdictis in Bracharẽñ. Mileuitano et Toletano

cōcilijs, Et a Gelasio, Simplicio ⁊ Gregorio romanis pontificibus extitit deputata. Super quibus esset de remedio executionis debite prouidendum.

¶ Rubrica. lxj. De negligentia circa defensionem ecclesiasticorum iurium ⁊ subditorum.

Alia negligentia dictorū prelatorum et curatorum est: q multi ex eis iura ecclesiastica dignitatum ⁊ beneficiorum, que obtinent non defendunt: nec etiā subditos eorum contra tirannos nobiles et potentes opprimentes eosdem: in eorum laudibus gloriantes: Contra quos Anacletus papa cūctis fidelibus scribit, q nihil est illo pastore miserius, qui luporum, idest tyrannorum laudibus gloriatur. quibus si placere noluerit erit hinc omnibus magna pernicies: quia nullus pastor placere lupis et gregibus omnium potest. Tales iuxta veritatis vocem in Joanne, nequaq gregis custodie pastorum studio, sed mercennariorum vice deseruiunt: quia veniēte lupo fugiunt dum sub silentio se abscondunt. Quos per Esaiā dominus increpat dicens, Canes muti non valentes latrare. De talibus etiam in Ezechiele cōqueritur dominus dicens, Nō ascēdistis ex aduerso, neqz opposuistis murum pro domo israel, vt staretis in prelio in die domini. Que verba Gregorij in. xv. sui pastoralis exponēs ait, ex aduerso ascendere est pro defensione gregis libera voce huiusmodi potestatib' ɔtraire: Et in die dñi in prelio stare: est prauis decertantibus ex institie amore resistere. Pastores eñi recta timuisse dicere, qd est aliō q tacēdo terga pbuisse? Quod nimirum si pro grege se obijcit murum pro domo israel se hostibus opponit. Predicta autem beatus Thomas martyr obseruans in celis extitit coronatus. beatus Ambrosius de se scribit, Libēter pro altaribus imolato, nō me vallabo circuncisione populorum, nec altaria tenebo vitam obsecrans. Et hec non solum tangunt prelatos superiores, qui secundum Anastasium papam alijs prelatis et curatis inferioribus defensionis proprie auxilio desolatis, et qui pro debilitate et impotentia eorum suis subditorum et ecclesiarum suarum actibus et iuribus defendēdis prodesse nō possunt, deberent forti brachio subuenire. Nam quia non faciunt, quinimo multis principibus, dominis temporalibus et laicis ecclesiam et ecclesiastica bona: et iura ac subditos opprimentibus et turbantibus fauent, et eis decimas et primitias et multas gratias concedunt, destituitur ecclesia, perditur deuotio subditorum, ecclesiastica iura depereunt. Et cum ipsas ecclesias et ecclesiasticas personas grauet romana ecclesia et aggrauantibus faueat neruus disrūpitur ecclesiastice discipline, nec oportet exempla super premissis lōge querere, cum reperiantur de prope quodammodo ⁊ vbiqz.

¶ Rubrica. lxij. De negligentia prelatorum et beneficiatorum circa dispensationem prouentuum ecclesiasticorum ⁊ circa hospitalitatem.

Est ⁊ alia negligētia multum periculosa in clero vniuerso circa dispensationem et distributionē ecclesiasticorum prouentuum, quorum procurationem quodammodo gerunt, cum dicti prouentus sint ⁊ esse debeant pauperum, sicut in. xxiij. epistola Augustini ad bonifacium comitem de differentia Arrianorum et Donatistarum, cuius pars in decretis est, ɔtinetur. Ad quos concordat beatus Ambrosius dicens, quod

quod omnia sua pauperum sunt. Et Hieronymus Damaso pape scribit, q quicquid habent clerici, pauperuz est: z domus illorum omnibus debent esse communes: et quod ipsi clerici susceptioni peregrinorum, et hospitio inuigilare et studere debent. Et secundum concilia antiqua z canones, quatuor de redditibꝰ z oblationibꝰ deberet fieri portiones, quarum una esset pontificis, altera clericorum alia fabrice, z alia pauperum. Qui busquidez pauperibus, pars huiusmo di non distribuitur vt deberet: licet Ambrosius exponens id qđ in Luca scriptū est, dicat, Nec em minꝰ est criminis, cū qs possit z abūdet indigētibꝰ denegare q̄ habentibus tollere, subdens, Esuriētum panis est quem tu detines. nudorum indumentum est quod tu recludis z miserorum redemptio est z absolutio pecunia quā tu in terra deffodis. Tantorum ergo te scias inuadere bona, quantis possis prestare quod velis. Apostolus in apostolica regula de promouendis dicit, quod hospitalem oportet esse sacerdotem, cuius rationem gratianus assignat, ne videlicet ipse sacerdos et beneficiatus sit in numero eorum qbus in iudicio dicitur, Hospes eram, et non suscepistis me. Nō enim potest esse hortator hospitalitatis qui domum ꝓpriam hospitibus claudit. Debet autem ad memoriam reuocare quomodo Abraham, et Loth per hospitalitatis opera deo placere, et angelos hospitio recipere meruerunt. Quomodo angeli sodomis hospitalitatis domum ingressi, Loth cū familia sua liberauerūt: quomodo clausas domos cum hospitibus ingressus ignis perdidit. Quomodo secundum Hieronymum aliena capere conuincitur, qui vltra sibi necessaria retinere probatur. Apostolus autez scribēs ad Timotheum, ait, Exerce teipsum ad pietatem. Nam corporalis qdem exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autem est vtilis ad omnia, habens prouisionem vite que nunc est ac future. Ab hac secundum Gratianum quisquis alienus fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit. Si vxor vidua ab ecclesia recipi prohibetur que pauperes non recipit hospitio, que pedes sanctorum non lauit, que omne opus bonum non est executa, multomagis sunt prohibendi a sacerdotio qui ab opere pietatis probātur alieni: Unde quidā hospitalitatis opera despicientes in Gangrensi concilio excommunicantur. Ista hospitalitatis opera plusquaz deceret in dei ecclesia negliguntur. Et qđ detestabile etiā est, a prelatis sollicitudo diligens, et cura debita non habetur. De hospitalibus, zenodochijs z alijs pijs et religiosis locis in republica hactenus salubriter constitutis ad recipiendos z construendos pauperes peregrinos, senes, pueros parentibus orbatos, infantes et miserabiles personas: sicut sunt leprosi qui deberent episcopali prouidentia ali, et a personis alijs, ne eas inficerent separari, exemplo Marie sororis Aaron sicut in libro Numeri continetur.

¶ Rubrica. lxiij. Quomodo dicti prouentus ecclesiastici communiter in vsus vanos vel illicitos expenduntur.



Une si ad distributionē dictorum ecclesiasticorum prouentuum consideratio habeatur, vide ri potest quod expendūtur in superfluos clatos et vanos vsus vestiuz, ornamentorum, familiarium apparatuum, et superfluitatem ciborum et potuum, vel exinde ditantur, exaltantur, et nobilitantur parentes: et datur carni z sanguini qđ est christi: vt de ceteris dantibus histrionibus personis vilibus z lusoribus

Principaliter taceamus. Contra quod beat' Bernardus scribens ait, Ego acquisiui sanguine proprio: tu consumis & fulges in aparatu regio. Ego acquisiui opprobrijs et flagellis: tu consumis in ciphis argenteis, aureis et scutellis. Ego acquisiui vestibus nudatus: tu cōsumis vt fulgeas in vestibus preciosis. Ego acquisiui manibus cruci affixis: tu consumis manibus taxillis et aleis dedicatis. Ego acquisiui coronam spineā portādo: tu consumis molle puluinar capiti tuo supponendo. Ego acquisiui acetum et fel degustando: tu consumis ciceram et meruz potando. Et postmodū subijcit in alio loco idem Bernardus. Honorati incedunt dei ministri de bonis domini, cui honorem non defferūt. Inde est qd quotidie cernis i frenis aureis & in sellis & phaleris meretricius nitor apparet, intrinsecus habitus regius est apparatu, vt plus fulgeant calcaria q̄ altaria. Idē Bernardus, Quicquid preter quotidianū victum necessarium & vestitum simplicem de altario retines, tuuz non est: sacrilegium est, rapina est. p̄cessis vt prouideas, vt consulas vt serues, vt p̄cures, vt distribuas suo tempore vt fidelis seruus quem constituit dominus super familiam suam. sed ad quid? vt des illis escā in tempore; vt dispenses, non vt imperes aut dissipes. Si multum accepisti, multum debuisti dare: et si modicum, & illud tribue. Nam qui in modico fidelis est, supra multa cōstituitur et intrat in gaudium domini sui, Ad qd nos perducat ille qui viuit & regnat in secula seculorum Amen.

¶ Ista dictata fuerunt in concilio generali Vienne celebrato, per Reuerendum patrez dominū Guillelmum Dei gratia Episcopum Mimateñ.

¶ Excudebat Lugduni Joannes Crispinus, quem dicunt du Carre, Anno a Deipare Virginis partu sesquimillesimo supra tricesimumprimum. Mense Maio.

Tabula rubricarum.

Monialib⁹

¶ Finis Tabule.



